Boetius de consolatione philoso
phie necnon de disciplina scholari
um cum cõmento sancti Thome.

Cyprianus. Anno
1579

Sancti Thome de aquino super libris Boetij de cõsolatione philosophie commentum cum expositione feliciter incipit.

Philosophie seruias oportet vt tibi contingat vera libertas. Hec sunt verba Sene. viij. epistola ad Lucillũ. Quia vocari phiam sciam veritatis recte se hz. ex. ij. methaphisice. Et phia affert delectatões mirabiles firmitate ꝛ puritate. ex. x. ethicoꝝ. Et multis visa est phia res mirabilis ꝛ diuina: ex de celo ꝛ mũdo Ari. Itẽ ꝙ nulla scia filis est phie: q̃ clarificat aiaz ꝛ facit delectari eã ĩ hoc seculo in ꝓsecutõe ꝛ rectitudine: ex libro de pomo ꝛ morte. Et phia trahit hoiem ab obscuritate ignorãtie ad sciaz, a tenebris stulticie ad lucẽ sapiẽtie ꝛ ad claritatẽ intellectus. ex eodem libro Aristo. Itẽ quia phia a supstitione liberat: metu mortis non ꝯturbat scḋz Tul. in li. de finib⁹ bonoꝝ ꝛ maloꝝ. Ideo Sene. has ꝛ ꝯsimiles ꝯditões ꝛ effectus laudabiles phie aduertẽs hortaẜ nos ad seruitiũ phie in ꝓpõne ꝓposita sic dicẽs. Phie seruias opz. Que quidẽ ꝓpõ põt ꝓbari multis rõnib⁹. Primo sic. Illi opz seruire per cui⁹ seruitutem hoi ꝯtingit ỽa libertas: sz phia est huiõi: igitur. Maior nota. quia libertas est nobilissima ꝯditio qua natura hũana desiderat ꝛ affectat. Minor pz per eundẽ Sene. q̃ postꝙ ꝓmisit ꝓpõnẽ istã. Phie seruias oportet: subiungit. vt tibi ꝯtingat ỽa libertas. Et paucis iterpositꝭ dicit. Hoc enĩ. s. ipm seruire phie libertas ẽ. Probaẜ scḋo sic. Illi opz seruire qḋ aim ꝑficit, vitam disponit, actiones regit, agenda ꝛ omittenda demõstrat. ꝛ sine quo nemo est securus. phia est huiõi: igiẜ ꝛc. Maior nota, nã iste ꝯditões sunt de ꝑfectõe hoĩs. Minor declaratur ꝑ Sene. xvi. epła ad Lucil. loquẽs de phia dicit. Hec aim format ꝛ fabricat, vitã disponit, actiones regit. ꝛ omittẽda demõstrat: sedet ad gubernandũ errantia fluctuantiũ dirigit cursuꝫ: sed sine hac nemo est secur⁹. Probaẜ tertio sic. Illi est seruiendũ qḋ tradit cognitionẽ vltimi finis magnũ incrementum. phia est huiõi: igitur ꝛc. Maior nota: quia cognitio vltimi finis magnũ incrementũ ꝯfert ad vitã ex primo ethicoꝝ. Minor declaratur. Nam vltimus finis vite humane est beatitudo: cuius cognitõez phia tradit. Dicit enĩ phia in. iij. de consolatõe. ꝓsa. ij. ꝙ habitudo est status oim bonoꝝ aggregatione perfectus. Et in eodẽ tertio ostendit phia in quo sit vera beatitudo ꝛ quõ ad eam ꝑueniatur. Probaẜ quarto. Illi opz seruire qḋ facit hoiez parẽ deo. phia est huiõi: igiẜ ꝛc. Maior nota de se. Minor pz ꝑ Sene. xix. epistola ad Lucillũ. qui dicit. Hoc enĩ mihi phia ꝓmittit vt me parẽ deo reddit. Probatur quinto. Illi est seruiendũ quod est magistra oim scientiaꝝ: nutrix oim virtutũ: summũ solatiuz lapsoꝝ aioꝝ. quod est preciũ veri luminis: ꝛ cui⁹ exhortatio est recta sui auctoritate dignissima. phia est huiõi: igitur ꝛc. Maior nota. quia rationabiliter propter has conditiones laudabiles alicui seruitur. Minor declaratur. Nam philosophia est magistra oim virtutum, ex primo de consolatione prosa. iij. Ipsa est nutrix oim virtutum. scḋo de cosolatione prosa. iiij. Ipsa est summum solatium lapsoꝝ aioꝝ iij. de consolatione prosa prima. Ipsa est precia veri luminis, quinto de consolatione prosa prima. Et ei⁹ exhortatio est recta a sui auctoritate dignissima: quinto de consolatione ꝓsa prima. sic ergo pz propositio declarata que dicit. philosophie seruias oportet. Sed diceres. quid mihi prodest philosophia si fatum est. Quid mihi prodest philosophia si deus rector est. Quid mihi prodest philosophia si casus imperat. Ad hoc respondet Seneca. xiiij. epistola sua siue inexorabili lege fata nos stringant: siue deus arbiter vniuersis cuncta disponit: siue casus actiones humanas sine ordine permiscet. adhuc philosophie insistendum est. Philosophia enim nos tueri habet. Hec enim exhortatur vt libenter deo placeam⁹. vt ipsum sequamur. vt ꝯtinue fortũe resistam⁹. ꝛ vt casum feramus. Licet aũt omnes homines natura scire desiderant. tamen pauci de quo dolor est philosophie vacant. Quod ideo contingit: quia plures omissis delectationibus interioribus ad delectationes refugiunt corporales. Nõ tamen oportet delectationes corporales esse eligibiliores interioribus. quia delectationes corporales impediũt a summo bono. interiores autem ad id promouent. vnde Boe. in tractatu de summo bono dicit. Dolere debent qui delectationibus sensualibus detinentur: bona interiora omittendo. Nam dediti bonis sensualibus summa bona nõ attingunt. Quos hoies sensuales Boetius de consolatione prosa quarta comparat vespertilionibus dicens. Nequeunt enim oculos suos tenebris assuetos ad lucem perspicue veritatis attollere: similesq̃ sunt auibus quarum intuitum nox illuminat: dies excecat. Et licet homines sensuales et vulgares non magnificent nomen philosophie sed magis blasphemant: nihilominus tamen philosophia in sua dignitate perseuerat: teste Sene. xiiij. epistola ad Lucillum. Nunꝙ inualescet ad tantum malicia neq̃ ad tantum crecedetur contra virtutes vt nomen phie sacruz ꝛ venerabile permaneat. Sed diceres. philosophari non valeo quia pauper sum. sed si diuitias habuero totum me phie dabo, ꝛ hoc videtur rationabile: quia natura per se non est sufficiẽs ad speculandũ

sed op; cibum ꝛ potū ꝛ reliquū famulatū ꝑexistere. ꝛ pro tanto sacerdotes in egypto habitis necessa
rijs ꝑpter ammirari ceperunt philosophari. Hec excusatio ratione paupertatis no valet. Audi Sene.
xvij. epistola ad Lucilliū qui dicit. Non ē ꝙ nos paupertas a phīa reuocet. Toleranda eñi est fames quā
tolerauerūt quidam in obsidionib⁹. Et quid aliud ei at ꝑmium patiēte ipsius: ꝙ in arbitriū non cadere
inimicoꝝ. Quāto magis est qꝺ ꝑmittitur perpetua libertas: nullius hominis timor: ꝛ quod animū libe
rat a fin o:ib⁹. Multis eñi ad philosophandū obstitere diuitie. Paupertas aūt expedita secura ē. Si
vis anime vacare pauper sis oportet: aut pauperi similis: quia non potest studium salutare fieri sine
cura frugalitatis. frugalitas autē est voluntaria paupertas. hec Sene. Uerum est igitur ad philoso
phandum exiguntur necessaria: sed sufficiūt homini pauca. Non eñi oportet fintuꝝ felicē deū terre ꝛ ma
ris cē: qꝛ natū a paucis minimisq; ꝯtēta ē: ex scdo de ꝯsolatōe ꝓsa. v. Proijce ergo oīa a te ꝛ ad phīaꝫ
magno cursu totisq; viribus ītēde. hec Sene. xvij. epistola ad Lucilliū. Phie ergo hinas oportꝫ: vt ti
bi ꝯtingat vera libertas: vt tibi ꝯtingat vera securitas: vt tibi innotescat felicitas: vt par deo fias: ꝛ ꝑ
cipue vt in aduersitatib⁹ ꝛ tribulationib⁹ positus per ipsam verissime consoleris: exemplo Boe. queꝫ
phīa in exiliuꝫ relegatuꝫ: ab oībus bonis pulsum: dignitatibus exutū: multis miserijs afflictū: dulcis
sime cōsolabaꝛ. de cui⁹ phie consolatōe agitur in libro Boetij qui intitulatur liber de cōsolatōe phie
de quo ad ꝑsens nostra est intentio. Hec sufficiant de introductione hui⁹ libri. Sed anteꝙ ad litteram
accedam⁹ quinq; sunt ꝑmittenda. Primū de causa suscepti operis. Scdm de causis hui⁹ libri. Tertiū
de titulo hui⁹ libri ꝛ ei⁹ expositōe. Quartuꝫ de causa intitulatōis presentis libri. Quintuꝫ de generali
summa ꝛ sententia hui⁹ libri. Circa primū videlꝫ circa cām suscepti operis: quare Boe. hunc libꝛuꝫ con
scripsit est sciendum ꝙ Boe. vir eximius consul roman⁹ fide catholic⁹ extitit: qui disputās de fide ca
tholica contra duos hereticos. s. contra Nestoriū et Euticem. cum nullus esset. qui eis resisteret. Boe
tius ipsos in cōmuni concilio deuicit: sicut patet in libro de duab⁹ naturis in xp̄o. Tempore ꝟo Theo
dorici regis gottoꝝ cum idem Theodoricus tyrannidē suā cōtra romanos vellet exercere: ꝛ quoslibꝫ
bonos opprimere. Boetius virtute dei armatus plus oībus alijs sibi resistit. ꝛ quos tyrānica rabies
inuaserat. Boetius amore iusticie exponens se periculis ipos liberauit. Uidens autē Theodoric⁹ rex
gottoꝝ solum ipm Boetiū sibi resistentem: cogitabat qualiter ipsum perderet: ꝛ cum iustam causaꝫ cō
tra eum non inueniret: duas falsas causas ꝯfinxit. Dixit enim Boetiū impediuisse quendā delatorem
sibi litteras que continebant accusationē senat⁹ romanoꝝ: vt sic senatus redderetur reus lese maiesta
tis. Hanc causam tangit Boetius ꝓsa quarta huius primi dicēs. Delatorē ne documēta deferret quī
bus senatum maiestatis reū faceret impedisse criminamur. Scdo accusabaꝛ Boe. ꝙ quasdā litteras
direxisset ad imperatorem ꝯstantinopolitanū per q̄s restitueret libertatē pristinā ipsis romanis. Hāc
cām tangit Boe. eadē prosa sic dicēs. Nā de cōpositis falso litteris qb⁹ libertatem arguor sperasse ro
manā: qꝺ attinet dicere. His de causis Boe. ꝑ viles ꝑsonas ꝛ infames accusat⁹: indefensus reus ē in
dicatus ꝛ a rege Theodorico papie in exiliū relegat⁹. Boe. autē in exilio positus: ꝑteritam ꝓsperita
tem secū reputans ꝛ presentē aduersitatē considerās: ne aliquis hō in simili statu positus desperaret
sed vnde ꝯsolaretur haberet philosophicā consolationē cōposuit ꝯtra mutabilitatē fortune. Ex quib⁹
dictis patꝫ ꝙ causa suscepti operis est illa: quaten⁹ Boe. se in exilium relegatū: ab oībus bonis depul
sum: dignitatibus exutū: philosophice se tueretur: volens cōsolari quēlibet hoīem in simili statu posi
tum: ne desperet similiter esse contuendum. Secundo videndū ē de causis huius libri: cuius causa ef
ficiens fuit Boe. qui describēs materiā huius libri vtitur tā prosa ꝙ metro: imitatus marcianū feliceꝫ
capellā: qui in describendo nuptias mercurij et philologie hoc stilo vsus est: de quo. fit mentio vbi dicit
Egregiā sobolē cui ꝑ stilbontis amorē. Ui superū magna sociasti teste capella. Licet ille liber Boetij
multum excellat librum marciani tā nobilitate materie ꝙ priuilegio eloquētie. Boe. eñi nec Tullio in
ꝓsa nec Uirgilio in metro minor reputatur. Utitur aūt Boe. in hoc li. ꝓsa in qua ponit rationes ad cō
solandum Boetiū. ꝓbando ꝙ non sit dolendum de amissione rerū temporaliū. Utitur autē metro de
lectabili: vt dum audiatur meror obliuioni tradatur. Causa materialis hui⁹ libri est philosophica cō
solatio ordinata ad contemptū mundanoꝝ ꝛ ad appetitū summe felicitatis. vel philosophica consola
tio persuadēs neminē extolli in ꝓsperis nec deprimi in aduersis. Uel aliter causa materialis siue sub
iectum huius libri est status miserabilis Boe. philosophica consolatione superinducta. Causa forma
lis tractatus huius libri consistit in eius diuisione de qua videbitur post. Causa autem formalis tra
ctandi est modus agendi Boetij: ꝛ est dyalogus id ē sermo duoꝝ. introducit eñi Boeti⁹ i hoc libro du
as ꝑsonas scꝫ seipm suā miseriā deplangentē: ꝛ philosophiam sibi condolentē: et ipm sup sua miseria
consolantē. et hoc est rōnabile. Nā scdm beatū Gregoriū. Uerus ordo cōsolationis est vt cum volum⁹
aliquem a merore suspēdere. p̄io studeamus luctui eius concordare. vel ideo causa formalis est dya
logus: quia in quadā parte huius primi libri phīa inducit fortunā ipm Boetium alloquētem: vbi

incidit quedam figura tropi que vocatur ethopeia. De qua dicit grecismus. Ac introducit aliquos ethopeia loquentes. Verum fortuna loquitur boetius ipsa. Vel potest dici secundum commmentatorem loquentes: quod causa formalis tractandi est quintuplex: diffinitiua: diuisiua: probatiua: improbatiua: et exemplorum positiua. sicut videbitur in libro. Causa finalis huius libri est: vt ipso cognito nosipsos et quoslibet alios in aduersitatibus et tribulatione positos philosophica consolatione tueamur: et ne extollamur in prosperis et deprimamur in aduersis. Tertio videndum est de titulo huius libri et de eius expositione. Vnde sciendum quod titulus secundum Remigium super donato est clauis siue ingressus operis sequentis. et dicitur titulus a titan quod est sol. sicut enim sol illuminat mundum: sic titulus librum. Et preponitur titulus libro ad consumationem operis et ad laudem auctoris. Est ergo titulus presentis libri talis. Anitij Manlij Torquati. Seuerini. Exconsulis Ordinarij. Patricij. Boetij viri illustris incipit liber de consolatione philosophie. Et queritur quare tot nomina propria ponuntur in titulo Dicunt aliqui quod forte fuit consuetudo romanorum vt sic nomina ascriberent auctorum suorum et predecessorum. vel aliter potest dici quod plura nomina ponuntur in titulo propter honorem et laudem ipsius Boetij. quia secundum Senecam in libro de clementia ad Neronem. Multa cognomina honori data sunt. Sicut enim vilis persona non vult nominari nisi vno nomine: quia quanto plus nominatur tanto plus cognoscitur et tanto magis sordescit sic honesta persona vult nominari pluribus nominibus: vt sic magis innotescat et clarescat alijs sua fama. Nam omne bonum in commune deductum magis elucescit. Exponitur autem iste titulus sic. Boetius dictus fuit anitius a quodam nobili romano sic dicto: de cuius genere ipse fuit. vel dictus anitius quasi inuictus: ab a quod est sine et vicos victoria. Nunquam enim Boetius vinci potuit vt flecteretur a iure ad iniusticiam: sicut ipse testatur quarta prosa huius primi libri dicens. Nunquam a iure ad iniuriam me quisquam detraxit. Secundo Boetius dictus fuit manlius: quia de genere manliorum fuit qui erant nobiles romani. Tertio Boetius dictus fuit torquatus a quodam nobili romano sic dicto: qui cum singulare bellum iniret cum quodam de gallia ipsum deuicit et torquem in collo habentem sibi abstulit: cuius ratione dictus fuit torquatus: de cuius genere fuit Boetius. Quarto Boetius dictus fuit seuerinus a seueritate. Seuerus enim fuit cum theodorico regi gottorum se opposuit. vel dictus seuerinus quasi sequens veritatem. nunquam enim in iudicijs vel amore vel odio flecti potuit a veritate. Quarto Boetius dictus fuit exconsul: quasi vnus ex consulibus romanorum. Vel exconsul quasi extra consulatum positus quem prius habuit. Exconsules dicebantur qui iam deposuerant consulatum. et licet ab honore consulatus cessarent: tamen postea plus alijs in magna reuerentia habebantur. Sexto dictus fuit patricius a nobilissimo romano sic dicto: de cuius genere fuit Boetius. Vel alio modo. Patricij dicebantur nobiles romani qui prouidebant rei publice sicut pater filio. quorum nomina scripta erant aureis literis. et ideo dicebantur patres conscripti. de quorum numero vnus fuit patricius Boe. propter quod dictus fuit patricius. Septimo dicebatur ordinarius quia rempublicam ordinauit. vel aliter ordinarij dicebantur qui tante dignitates erant: vt quolibet ordine digni essent. et sic fuit Boe. Octauo nomine proprio dictus fuit Boetius quod interpretatur adiutor. quia in necessitate pauperibus subueniebat. Quarto videndum est de causa intitulationis huius libri. Intitulatur iste liber de consolatione philosophica. Vbi sciendum quod philosophica consolatio dicitur rationabilis demonstratio declarans de cuius amissione non est dolendum: et de cuius possessione non est gaudendum. Et quia hoc pertractatur in presenti libro ideo sic intitulatur. Quinto videndum est de generali summa huius totius libri. Vbi sciendum quod Boe. in hoc libro ostendit bona temporalia esse transitoria et non consistere totaliter in eis totalem veram felicitatem. et per consequens non esse dolendum de eorum absentia: nec gaudendum de eorum presentia. et neminem debere extolli in prosperis. nec deprimi in aduersis. Ostenditur etiam in presenti libro quid sit summum bonum. vbi sit situm et quomodo ad ipsum perueniatur. Etiam ostenditur quod boni semper sunt potentes et mali semper sunt impotentes et quod bonis nunquam desunt sua premia: malis nunquam sua supplicia. Post hoc ostenditur quid sit diuina prouidentia. quid casus. quid fatum. quid liberum arbitrium. Et ponit Boetius rationes quibus probat liberum arbitrium non posse stare cum prouidentia diuina. et quorundam falsam solutionem et eam improbat. postea ostendit veram solutionem quam rationibus confirmat. Ista et alia plura pulchra determinantur in hoc libro sicut patebit in sequentibus.

Carmina qui quondã. Presens liber Boetij prima sui diuisione diuiditur in quin q partes scdm q ponit quinq libros partiales quos continet. In primo cõque ritur se miseriis subiectum. In secundo ponit remedia consolatiua. In tertio de terminat de vera felicitate: in quo sit sita et quomodo ad eam perueniatur. In qr to monet quasdam questiones ipsi philosophie. In quinto determinat de casu et prouidentia diuina.

Anitij: Maulij: Torquati: Seuerini: Boetij: Ordinarij: Patricij: viri Exconsulis: de consolatione philosophie Liber primus feliciter incipit.

Carmina qui quondam studio florente peregi
Flebilis heu mestos cogor inire modos.
Ecce mihi lacere dictant scribenda camene:
Et veris elegi fletibus ora rigant.

Primus liber incipit hic. Carmina. Secundus liber incipit ibi. Post hec paulisper. Tertius ibi. Iam cantum illa finierat Quartus ibi. Hec cum philosophia. Quintus ibi. Dixerat orationis cursum. Quid et de quo agatur in quolibet libro patebit loco suo. Primus liber diuiditur in .x.iij. partes, quia huius primi libri sunt septem metra et sex prose: que partes patebunt, que autẽ sit materia et ĩtentio cuiuslibet partis similiter patebit. ¶ Notandum autem q primũ metrũ huius primi libri vocatur elegiacum quod constat ex vno versu exametro id est sex pedum. Et dicitur elegiacum ab eleys quod ẽ miseria, elegia enim est miseria. Metrũ enĩ elegiacum inuentũ fuit p describẽdo miseria. Quis eo hodie aliqui vtuntur ad alia describenda, vnde Horatius. Versib⁹ ipariter iũctis q̃rimonia primũ. Post hec inclusa ẽ voti sententia cõpos. Quis aũt fuerit primus inuentor talis metri eligiaci dubitatur. vnde Horati⁹. Quis tñ exiguos elegos emiserit auctor Grãmatici certãt et adhuc sub iudice lis est Et diuiditur hoc primũ in quattuor ptes. Primo Boe. deplãgit statum sue miserie ex parte permutationis studij. Scdo ex parte defect⁹ corporalis. Tertio ex parte plongationis vite miserabilis. Quarto apostrophat cõtra suos amicos. scda ibi. Gloria felicis. tertia ibi. Mors hoim felix. quarta ibi. Quid me felicẽ. pmo facit qd̃ dictũ est. scdo approbat dictum suũ ibi. Ecce mihi lacere. Dicit pmo. Ego Bo. qui quondã tpe prosperitatis studio florẽte peregi .i. cõposui carmina .s. delectabilia et iocũda nunc tpe aduersitatis flebilis .i. dignus vt defleã. vel flebilis .i. tristis. cogor inire .i. icohare mestos modos id ẽ tristia metra de mea miseria. ¶ Notandũ sicut dictum fuit primo Boetius vtitur in hoc libro tã prosa q̃ metro: quia talis modus scribẽdi magis fuit conueniẽs sue materie: sicut enĩ potio curatiua q̃ amara ẽ delectabili⁹ sumitur si fuerit aliqua dulcedine pmixta. sic rõcs philem in psa tradite libẽti⁹ a boetio suscipiuntur si fuerit iocũditate metri idulcorate. Et iõ Bo. nũc vtitur metro nũc psa: q: alternatio vitur delectabili⁹. vñ auctor poetrie Nõ sapit insipidũ viciosa frequentia reddit. ¶ Itẽ nota Boe. incipit librũ suũ a metro nõ a psa: q: modus scribẽdi metric⁹ magis fuit vsitatus apud antiquos q̃ prosaicus. Vel iõ q: metrũ ẽ delectabili⁹ psa. vt ergo magis alliciat audiẽtes ad suum librũ iõ in principio sui libri vtitur metro. ¶ Itẽ nota circa litterã q carmina vno mõ dicũt scripta metrica certis pedib⁹ mẽsurata. Alio mõ dicũt q̃cunq dicta vel scripta etiã psaica q̃ sunt vere delectabili. Boe. aũt florente studio cõposuit vt plurimũ carmina psaica de re delectabili. Edidit enĩ q̃dam carmina phicalia sicut patet respicienti eius diuersos libros. tpe aũt aduersitatis cogebatur Boe. ad cõponẽdũ carmina metrica tristia. ¶ Itẽ nota studiũ ẽ vehemẽs applicatio aĩ ad aliqd̃ agẽdũ cũ bona volũtate. quia in maliuolã aĩam non intrabit sapientia. hec Solo. Et pfectio discipuli in tribus consistit. ex boetio de disciplina scholariũ. in attentione, docilitate, et beniuolẽtia. Hoi enĩ volenti sciam et nõ vt oz studẽti impossibilis est possessio boni. Extra .i. et ibi. ¶ Itẽ nota q duplex ẽ studiũ. florẽs et arridũ. Ad studium florẽs tria exigantur. Primo requiritur iuuẽtus: q: iuuenes perspicatiores sunt senibus. senes autẽ magis sunt immemores. Scdo reqritur habit⁹ necessarioꝝ. q: natura non ẽ per se sufficiens ad speculandũ sz ops necessaria existere, ex quarto ethicoꝝ. Tertio requiritur animi trãquillitas q̃ contingit p sedationẽ passionũ: q: anima q̃escẽs et residẽs fit prudẽs .vij. phisicoꝝ. Vbi enĩ passiones dominãtur: ibi itellectus

obscuratur: ideo Boe. in fine hui⁹ p̄mi hortādo nos ad fugā passionū dicit. Gaudia pelle. pelle timorem. Spemq̄ fugato: nec dolor adsit. Nubila mens est vinctaq̄ frenis. Hec vbi regnāt. Studiū animum est ad quod concurrūt opposite conditiões scʒ senect⁹, necessarioꝝ defect⁹: ⁊ animi pturbatio. ¶ Noto q̄ versus de miseria dicūtur mesti modi. Dicūtur eīm modi a modulando: quia pedib⁹ modulantur. Et dicūtur mesti ratione materie: quia sunt de tristi materia scʒ aduersitatis. ¶ Nota q̄ in primo duobus versib⁹ notatur antithesis id est ꝯria positio. dicit eīm in p̄mo versu quondā peregi: cui ꝯtrariatur in scd̄o versu cogor inire id est inchoare. Itē dr̄ in p̄mo v̄su florēte studio: cui ꝯtrat̄ i scd̄o flebilis. Itē dicitur in primo v̄su carmia sup. iocunda: cui ꝯtrariatur in scd̄o mestos modos. Item notandū q̄ Boe. rōnabiliter deplangit statū suū ex parte permutationis studij philosophici quod versum fuit in studiū poeticū quo tunc cogebatur vti ꝓposuit. cum Boe. dolorem suum metrice ⁊ nō philosophice consolari. Nam studium ph̄icum est studium veritatis quia scd̄o metaphisice vocari ph̄iam sciam veritatis recte se hʒ. Studiū autē poeticum est studium falsitatis nam ex ꝓhemio methaphisice scd̄m ꝓuerbium mētiuntur multa poete. Itē p studium philosophicum acq̄ritur beatitudo: ex. x. ethicoꝝ. Per studiū autē poeticū falsitatis certitudo: ex. ij. methaphisice. ¶ Ecce mihi lacere. Hic Boe. approbat dictū suum. dicit eīm q̄ cogatur nunc mestos modos. hoc ipse ꝓbat scd̄o respondet questioni ibi. Has saltē. p̄mo dicit. bn̄ dixi q̄ cogor inire mestos modos ecce demonstratio hui⁹ sensum. nam camene. i. muse poetice. lacere. i. laccrātes mētes hoīm. ille dictant mihi scribendo supple carmina metrica. ⁊ elegi versus miserie quos muse mihi dictant: illi rigāt id est humectāt: ora. i. faciem meā veris fletibus. ¶ Notandū q̄ scd̄m poetas. ix. finguntur fuisse muse i monte helicone iuxta fontem caballinū. de quo fonte loquitur Persius in principio libri sui dicēs. Fōte caballino ⁊c. Que muse finguntur poetis mistrosse sciam ꝯponēdi carmīa metrica. ⁊ iste muse poetice vocabātur camene q̄si canentes amene: eo q̄ multū delectāt hoīes rōne metri. ¶ Nota q̄ ille muse poetice dicunt̄ lacere actiue: q: lacerāt. i. distrahūt mētes hoīm subijciētes ipas diuersis passionib⁹: nunc passioni amoris: nunc doloris: sicut p3 p Oui. de amore tractātē ⁊ p alios poetas. vel dr̄ lacere passiue rōne poematū suoꝝ: q̄ poemata dr̄ lacera: q: nō sunt firmitate rōnis stabilita. ¶ Ubi notandū q̄ quedā carmīa dicunt̄ integra: quedā lacera. Integra sunt carmīa philosophica nulla tn̄ hatōe ꝑmixta: sed firmitate rationū stabilita ⁊ aīm firmāt. Lacera sunt carmīa poetica q̄ nō instruūt hoīem nec ꝯsolātur: sʒ lacerāt. i. distrahūt mētes hoīm: nūc reducēdo hoī ad memoriā voluptates: nūc dolorē nūc alias passiones. Itē notandū v̄sus elegi p̄ncipaliter inuēti fuerūt ꝓpt̄ miseriā describendā. ⁊ q: hos v̄sus muse dictabāt Boe. p quos Boe. magis suā miseriā reducit ad memoriā q̄ p eos ꝯsolaret̄ fō elegi erāt cā ipi Boe. veri flet⁹. ¶ Itē notandū duplex est flet⁹. adulatori⁹ ⁊ ver⁹. adulatori⁹ q̄ ē flet⁹ q̄lis est flet⁹ amasie. Si eīm dixerit amasius ad amasiā nō diligo me: ipsa incipit flere: q̄re vt p fletū suum⁹ ipsū possit tenere. cū aūt nūmos nō poterit extorquere ab ipso dicit. vade garcio: teū nolo. Verus ē fletus ver⁹: qui ex vero cordis dolore ⁊ ex vero pietate ꝓcedit: ⁊ ad talē fletū Bo. ꝓuocat⁹ fuit per musas dictātes sibi carmīa. ¶ Notandū q̄ hec dictio elegi pōt exponi dupl'r. vno mō q̄ teneatur noīatiue: ⁊ tūc ē sensus: elegi. i. v̄sus miserie rigāt ora mea fletib⁹. alio mō q̄ teneat̄ genitiue: ⁊ tūc est sensus: camene rigāt vero fletib⁹ ora elegi. i. miseri hoīs: q: elegus. a. um. i. miser. ra. rū. scd̄m Huguitionē. ¶ Has saltē null⁹. Hic Boe r̄ndet tacite q̄stioni. Quereret aliqs. quō muse dictāt tibi carmīa scribēda: cū sis in exiliū relegat⁹: q: intrasti sine ol comitiua. Ad h̄ r̄ndet Bo. Licet oēs amici mei dereliquerūt me in exilio ꝓpt̄ timorē īperialē: tn̄ has musas null⁹ terror īperialis potuit vincere quin sequerētur nr̄m iter vsq̄ in exiliū dictātes nobis carmīa. ¶ Notandū lʒ bona exteriora possint auferri ab homine p violentiā sicut p furtū: p rapinā: p incendiū: tn̄ scia nō pōt auferri ab hoīe. Non eīm scia violentia aufert̄: nec vetustate consumit̄: nec tn̄ inicia minuit̄. vn̄ Sene. ix. episto. ad Lucillū recitat q̄ cum Stilbon capta patria: amissis liberis: amissa vxor sua ⁊ aliis homo: solus ab incendio exierat: req̄sit⁹ fuit a Demetrio nūq̄d oīa ꝑdidisset. r̄ndit nihil ꝑdidi sʒ oīa bōa mea mecū sunt: iusticia: virtus: tēperātia: ⁊ prudētia. ⁊ hoc innuit Bo. di Omnes se nō reliq̄sse. vn̄ etiā Alan⁹ de planctu nature de scia dicit. Sup oēm possessionē generosa emanat possessio q̄ sparsa colligit̄: erogata reuertit̄: publicata suscipit incrementū: p quā nobilis thesaur⁹ secretis penetralib⁹ nascit̄: effect⁹ eterne delectatōis acq̄rit̄. Hec est sola p quā mēs deiecta tenebris cordis oculos deliciosa animi paradisus. hec īmortalē ex mortali facit: ⁊ caducū hoīem in deū deifice mutatōis auctoritate ꝯuertit. ¶ Nota circa hāc dictionē saltē q̄ tres dictōes proferri possunt per tum: que deberēt proferri p tez. vnde ꝓfert tum⁹. saltiʒ p saltē: tump⁹ p

tempus. extimplo p extemplo quod est contra Hug. qui dicit. Tim tria detestor extimplo tēpera saltis ¶ Gloria felicis. Hic. Boe. deplangit statum suū ex parte defectus corporalis. Et primo pponit eū in generali. scđo in speciali. scđa ibi. Venit enī. dicit pmo. quondam cōsolabatur me gloria felicis. i. psperę iuuentutis: et gloria viridis iuuente. i. delectabilis iuuentutis: sed nunc fata id est euentus mesti senis id est tristis senectutis solantur id est consolantur: mea id est meam partem. quasi diceret. pri⁹ con solabar dulci iuuētute: nunc aūt consolor tristi senectute. scđz illā sententiam sic exponitur littera. Gloria felicis iuuēte. i. prospere iuuētutis. viridis. i. delectabilis iuuētutis. olim id ē quondā sup. ↄsolabat̄ me. nūc fata. i. euēt⁹ me sti senis. i. tristis senectutis solant̄ mea id est meā ptem. ¶ Notādū q cōmuniter illa littera alit̄ exponitur referēdo eā ad musas poeticas sic. Camene que quondā tempore iuuētutis erāt gloria felicis et viridis iuuētutis: qđ dicitur p tāto: quia iuuenē eo olim solebāt iformari in arte poetica in qua pficientes gloriabat̄ in vsu metri or et rithmor: nunc autem camene solātur mea fata in q̄ mesti senis. ¶ Notandū q felix iuuentus id est que bonis exteriorib⁹ est adornata: de quib⁹ bonis loquitur. Aristo. circa principiū libri de bona fortuna di. Sine rebus exteriorib⁹ quarū fortuna est domina non ↄtingit se esse felicem: sed viridis. i. delectabilis iuuētus est illa que bonis nature est decorata. s. fortitudine pulchritudine et agilitate. Unde Aristo. in ethicis. nō oīno felix est qui specie turpis aut solitari⁹ aut carens ꝓle. ¶ Nota q Boe. repńtat in se statum miserie cum dicit fata mesti senis se consolari cum minime hominem consolātur: sed magis perturbāt. etiam cum dicit musas poeticas se ↄsolari: similiter repńtat statuz miserie: quia muse poetice non sedent alicui in solatiū: sed potius in aumentū doloris. Item de significatōib⁹ fati ponit Huguitio duos versiculos dicens. Constellatio mors parce respōsa deor. Euentus rerum signantur nomine fati. ¶ Venit enī pperata malis. Hic Boe. declarat in speciali defectū corporalem. di. Bene dico q fata meste senectutis nunc consolantur me: enī pro quia senectus inopina. i. inopinata per apocopē: pperata. i. festinata: venit in malis. i. cuz suis malis et incōmodis: et dolor supple quem patior iussit inesse. i. inducit mihi suaz etatē: per qđ innuit̄ q non solum etas inducit dolorē: sed econuerso dolor inducit et causat etatem et seniū. Et tunc Boe. ponit duo signa sue senectutis dicens. cani supple capilli intēpestiui. i. ante debitum temp⁹: funduntur in vertice. i. in capite meo. Aliud signū senectutis ibi q cutis mea laxa. i. soluta tremit corpore effeto. i. carne cōsumpta et euacuata. ¶ Nota q hoiem senē multa mala et incōmoda circūueniūt: nam pellis ei⁹ cōtrahitur: cor ei⁹ ↄtritur: pulmo ei⁹ debilitatur: lumbi eius indurantur: dorsum incuruatur: membra tremūt. Unde poeta dicit. Optamus seniū dum veniet est male ventū. Hoc est gibbosum surdū cecūq3 morosuz. Propter hoc dicit Boe. q senectus venit mihi cū suis malis. ¶ Nota circa illam partez. et dolor etatē: q triplex est cā senectutis: scz etas infirmitas: et aduersitas. Senect⁹ que inducitur p etatē naturalis est. q̄ aūt iducit̄ p infirmitatē vel aduersitatē accidētal' est: qualis senect⁹ fuit i Boe. qui senuerat ppter multitudinē doloris et tristicie. ¶ Notandū q canicies Boe. fuit intēpestiua. Huguitio dicit. intēpestiuū est qđ est incōgruū: inconueniens: inutile vel sine tpe. Uñ intēpestiuū đr illud qđ non hz ydoneū tēpus vel qđ non est ↄueniēs p tpe. et quia Boe. iuuenis erat etate: et cū senuerat ex aduersitate: iam canicies eius fuit intempestiua. ¶ Nota q in iuuenib⁹ cutis est densa ppter multitudinē sanguinis: ex quo sanguine generat̄ caro. sed quia sanguis diminuit̄ in senib⁹ diminuit̄ etiaz caro in eis: ideo cutis seniū est laxa. ¶ Notandū circa hoc vocabulū effeto q ipm tractū est a mulierib⁹ p̄gnantib⁹: q̄ cū pepererint dicuntur effete. i. fetu euacuate Unde dicit Hugu. q fetus est nat⁹ mulieris adhuc in vtero existēs. et đr a foueo ues. q ibi fouet̄. inde fet⁹ ta tū. i. plen⁹ na. nuz: inde efetus. i. debilis quasi sine fortitudine viriū vel virib⁹ euacuat⁹. ide fetosus sa. suz. i. plen⁹ fetu. Uñ in psalmo. Oues eor̄ fetose. i. plene fetu. et senes pñt dici effeti quasi extra fetū positi: quia senectus nō est apta ad generandū fetū. ¶ Mors hoim felix. Hic Boe. deplangit

> Gloria felicis olim viridisq3 iuuente
> Solantur mesti nunc mea fata senis.
> Venit enim properata malis inopina senectus
> Et dolor etatem iussit inesse suam.
> Intempestiui funduntur vertice cani
> Et tremit effeto corpore laxa cutis.
> Mors hoim felix que se nec dulcibus annis
> Inserit: et mestis sepe vocata venit.

statum suũ ex parte durationis vite miserabilis. Et primo premittit que mors hominũ sit felix et que nõ: et dicit sic. Illa mors est felix que nec inserit. i. nõ immittit se dulcibus annis. i. temporibus prosperis cũ delectat hominẽ viuere. Sed illa mors est felix que sepe vocata venit mestis supple annis. i. tristibus annis: qz in annis aduersitatis miseri consueuerunt vocare mortẽ. Tũc ostendit que mors hominũ sit crudelis dicens ¶ Heu quod surda aure. i. reclusa aure: seua mors. i. crudelis: auertitur. i. spernit miseros homines: et negat. i. nõ vult claudere flentes oculos eorum. q. d. crudelis mors est que nõ permittit miseros mori. et dicit flẽtes oculos per hoc innuẽs quod in morte oculi hominũ clauduntur. et tunc Boe. deplangit prolongationẽ sue vite di. Dũ fortuna malefida. i. perfida mihi faueret. i. arrideret: leuibus id est transitorijs bonis: tristis hora sup. mortis: pene merserat. i. oppresserat meũ caput. quasi diceret. tpe prosperitatis semp accelerauit mors opprimere me: nunc aũt quia fortũa nubila id ẽ aduersa mutauit fallacẽ vultũ: impia. i. misera vita: protrab. t. i. prolõgat moras sup. viuendi: ingratas. i. odiosas mihi: quia propter miseriã tedebat ipsum Boe. viuere. ¶ Nota quod licz

Heu heu quod surda miseros auertitur aure

Et flentes oculos claudere seua negat.

Dũ leuibus malefida bonis fortuna faueret

Pene caput tristis merserat hora meum.

Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum

Protrahit ingratas impia vita moras.

Quid me felicem totiens iactastis amici?

Qui cecidit stabili non erat ille gradu.

secundum vulgares et secundum apparentiam hec sententia de morte felici et crudeli videtur vera: tamẽ secundum rei veritatez est falsa: quia mors etiã tempore prosperitatis põt esse bona: naz secundum Sene. optimũ est mori cũ delectat viuere. et tẽpore aduersitatis põt mors esse mala: qz aduersitas sepe inducit desperationẽz Boe. aũt representando statũ miseri hominis hãc sniam ponit tanquam verã. ¶ Notandũ quod mors vel comparatur ad vitam presentẽ vel futurã. primo modo illa mors dicitur felix: que fugit tẽpore prosperitatis et accelerat tẽpore aduersitatis. Si autẽ comparatur mors ad vitã futurã; tunc ipa põt dici bona et mala tẽpore prosperitatis et etiam aduersitatis: qz si mors ducit ad gloriã dr bona: si ad penam dr mala. ¶ Notandũ secundum R emigiũ super donatũ. heu aliquando est monosyllabũ: aliqñ dissyllabũ sicut metri necessitas requirit. vñ in proposito est dissyllabũ dicendo. Heu quod surda miseros auertitur aure. ¶ Notandũ quod hoc verbũ auertor: qñqz ẽ passiuũ constructũ cũ ablatiuo mediãte prepositiõe: vt dicẽdo auertor a te: et idẽ est quod remoueor: aliqñ est verbũ deponẽs constructũ cum accusatiuo: vt dicẽdo auertor te: et tunc idẽ est quod sperno te. et sic accipitur in proposito: cũ mors auertitur. i. spernit miseros. vñ versus. In vi passiui notat auertor remoueri. Si sit deponens auertor: spernere signat. ¶ Notandũ Boe. appellat fortunã malefidã: qz est deceptiua. vñ Sene. Neminẽ aduersa fortuna comminuit nisi quẽ secũda decipit. Et alibi. Sene. Fortuna nemini seruat fidẽ: nulli ob hec sic semel contenta est. quẽ nimiũ fouet hũc stultũ facit Nota fortune bona dicũtur leuia: qz transitoria. Non enim perdurat circa hominem secundum Sene. Illud non est tuum quod fortuna fecit esse tuũ. Donũ enĩ quod dare potuit: potuit et auferre. ¶ Notandum quod Boe. appellat fortunam nubilam id ẽ obscuram siue cecam. depingebatur aũt antiquitus fortuna ceca; quia ex improuiso accedit et recedit: vel quia cecum reddit hominẽ extollendo cũ in prosperis et deprimẽdo in aduersis. ¶ Notandũ quod Boe. dicit fortunã olim circa se mutasse fallacem vultum: quia fortuna olim depingebatur duplici facie: anteriori alba; posteriori autem parte nigra. per albaz designatur prosperitas; per nigrãm aduersitas. mutauit ergo fortuna circa Boetiũ fallacem vultum, prosperitatis: postea ostendit ei vultum aduersitatis. ¶ Quid me felicem totiẽs iactastis amici. Hic Boetius deplãgit statum miserie sue apostrophãdo contra amicos suos dicens. O amici mei quid id est propter quid iactastis id ẽ iactãdo dixistis me totiens felicem: frustra enĩz hoc dixistis: quia felicitas mea non erat stabilis: quod patet ex hoc: quia ego cecidi: et ille qui cecidit de prosperitate in aduersitatẽ nõ erat stabili gradu prosperitatis. ¶ Notandum duplex est felicitas. politica que consistit in bonis exterioribus et talis non est stabilis sicut nec bona exteriora. Alia est felicitas speculatiua que cõsistit in actu sapiẽtie: scz in speculatione substantiarum separatarum: et talis felicitas est stabilis et immutabilis: cum sit bonum optimum pulcherrimum; delectabilissimum: ex primo ethicorum.

¶ Prosa prima primi libri.

Hec dum mecum tacitus ipse reputarem: querimoniamq̄ lachrymabilem stili officio designarem: astitisse mihi supra verticem visa est mulier: reuerendi admodum vultus: oculis ardentibus: et vltra communē hominū valentiam perspicacibus: colore viuido: atq̄ inexhausti vigoris: q̄uis ita eui plena foret: vt nullo modo nostre crederetur etatis. Statura discretionis ambigue. Nam nūc quidē ad communem sese hominum mensuram cohibebat

¶ Prosa prima primi libri.

Hec dum mecum tacitus ipse. Hic incipit p̄sa prima huius p̄mi in qua Boe. introducit phiam super suam miseriam consolantē. Ubi nota q̄ Boe. dolens & ipsa phia sp̄m cō-solans non sunt aliud nisi anim⁹ dolens ex oppressione sensualitatis: & ratio consolans ex vigore sapientie. & diuiditur. P̄mo ostendit Boe. quomō phia sibi apparuit. Scdo quid circa ipsū egerit. scda ibi. Que vbi poeticas musas. Primo describit apparitionem phie quo ad temp⁹ & ad locum. & describit ei⁹ dispositionē q̄ ad vultū: quo ad aspectum: quo ad calorem & vigorē: & quo ad etatem. Secundo describit phiam quantum ad habitum exteriorem. Tertio quo ad ornamenta & insignia que manibus gestabat. scda ibi. Vestes erant. tertia ibi. Et dextera quidem. Dicit p̄mo. Dum ego Bo. hec que supra in metro dixi tacitus mecum reputarem id est cogitarem: & querimoniā lachrymabilem id ē prouocantē ad lachrymas designarem. i. describerem stili officio: visa est mihi mulier astitisse supra verticem. i. supra caput admodū. i. valde reuerēdi vultus: oculis ardentibus et perspicacibus. i. claris vltra cōmunem valentiā hominū id est vltra homines: que apparuit in colore viuido. i. delectabili: et apparuit mihi tanq̄ inexhausti. i. inconsumpti vigoris: q̄uis ipsa foret ita plena eui id est duratōis: vt nullo modo nostre crederetur esse etatis. statura eius ambigue id est dubie: discretionis id est cognitiōis: quia nunc id est aliquando cohibebat id est extendebat sese ad cōmunem mensuram hominū id est longitudinem, nunc id est aliquando videbatur pulsare id est attingere celum cacumine summi verticis id est altitudine capitis: que cum caput altius extulisset ipsū etiam celum sua longitudine penetrabat. ¶ Notandum q̄ Bo. describit phiam sibi apparuisse sub specie mulieris: quia philosophia apud grecos & sapientia apud latinos est generis feminini. vel ideo quia sicut mulier infantes lacte nutrit: sic philosophia minus perfectos nutrit facilib⁹ doctrinis. vel ideo quia Boe. erat eger. mulier autē magis est compassiua & magis abilis ad consolandum egrum q̄ vir. Nam scd̄m Salomonem vbi nō est mulier ibi ingemiscit eger. ¶ Notandum stare est erecto modo se habere. & quia philosophia erigit hominem ad delectationes intellectuales faciens cadere sensuales: ideo ipsa describitur stetisse. Et dicitur stetisse supra verticem: quia philosophia in anima intellectiua non habz organum in vertice. Nam anima intellectiua nullius organi corporis est actus. Vel dicitur ideo stare supra verticem: quia de supero cardine elapsa venit: vt dicit Boe. tertia prosa huius primi. ¶ Notandum philosophia dicitur reuerendi vultus: quia suos possessores reuerendos facit. Nam scd̄m Tullium sapiētia est que meret honores. Item scd̄m Tul. reuerentia est decens & matura grauitas que habetur per philosophiam: ergo dicitur reuerendi vultus. ¶ Notandum illud quod est ardens est penetratiuū: & quia per rationē et intellectum que sunt oculi philosophie penetramus intima rerum & quidditates earum: ideo philosophia dicitur apparuisse ardētibus oculis. Et quia p̄ philosophiam speculamur ea que vulgares et communes non speculantur: ideo dicitur habuisse oculos perspicaces vltra communem hominū valentiam. ¶ Notandum color viuidus est color naturalis pulcher & delectabilis: & quia philosophia in se pulcherrima est: cum sit res mirabilis & diuina & delectabilis: quia mirabiles affert delectationes: ideo describitur apparuisse ī viuido colore. Item philosophia apparuit in exhausti vigoris: quia quātumcūq̄ homo cognoscat de philosophia adhuc restant plura cognoscēda: quod patet ex diuersitate opinionum in philosophia quarum vna destruit aliam. Item quia phia est eterna & p̄cesserat istū Boe

tium: ideo dicit eam non fuisse sue etatis. ¶ Notandū tres sunt partes philosophie essentiales: et se rts methaphisice: naturalis: mathematica: et diuina. Secundū naturalem philosophiam dicitur philosophia se cohibere ad cōmunem mensurā inquātum tractat de naturalibus: que cōmuniter via sensus cognoscuntur: inter q̄ natura hominis est summū ad quod peruenitur. Dicitur autem philosophia pulsare celum quo ad mathematicā: adeo quo ad astronomiā inquantum tractat de motibus et figuris astrorum. Dicitur autem penetrare celū quo ad methaphisicam inquantum dirigit ī cognitionem dei et substantiarum separatarum. Et dicitur philosophia frustrare intuitum hominū respicientum: quia perfectam cognitionem substantiarum separatarū in hac vita habere nō possumus. Nam sicut se habet oculus nicticoracis ad lumen solis: sic intellectus noster ad manifestissima in natura: et secūdo methaphisice. ¶ Uestes erant tenuissimis filis. Hic Boetius describit philosophiam quantum ad habitum exteriorē. Primo quantum ad materiam vestium. Secundo quantum ad picturam vestium. Tertio quantū ad violētiam vestibus illatam: et legantur partes simul. Dicit primo. Uestes philosophie erāt perfecte tenuissimis id est subtilissimis filis: et erant ex subtilissimo artificio: ex materia indissolubili: quas vestes ipsa texuerat propriis manibus: uti prosicut ego cognoui eadem philosophia prodente id est reuelante mihi in tertia prosa huius primi. quarum supple vestium speciem id est pulchritudinem: quedam caligo id est obscura ignorantia: neglecte vetustatis id est negligentie veterum: obduxerat id est obfuscauerat: veluti solet supple obducere caligo fumosas imagines id est in fumo stantes. Tunc ostēdit qd fuerit depictū in vestibus eius dicens. In extremo margine id est in inferiori parte harum vestium, legebatur intextum. P. id est pratica. In superiori parte vestium erat intextum. T. id est theorica quod interpretatur speculatiua. et inter vtrasq̄ litteras inter. T. et. P. erant quidam gradus insigniti id est impressi ad modum scalarum: quibus a gradibus ascēdebatur ab inferiori littera ad superiorem. Tunc tangit violentiam vestibus illatam dicens. Eandem vestem absciderant. id est lacerauerant: manus quorundam hominum violentorum supple facientium violentiam: et vnusquisq̄ abstulerat particulas vestis quas poterat auferre. ¶ Notandum q̄ per vestes philosophie intelliguntur partes essentiales et artes liberales. Sicut enim corpus vestibus ornatur: sic philosophia suis partibus decoratur. Per fila autem subtilissima intelligūtur precepta philosophicalia siue ppositiones philosophicales. Sicut enim vnū filū in vestibus ordinatur circa aliud. sic vna propositio iuxta aliam: que propositiones dicuntur subtilissime: quia per eas homo subtilia inuestigat. Dicuntur et huiusmodi precepta subtili artificio contexta ratione ornatus verborum et sententiarum que in eis inueniuntur. Et sunt ex materia indissolubili: quia licet a quibusdam exprimātur: tamen in seipsis habent veritatem indissolubilem. ¶ Notandum per manus philosophie per quas suas vestes texuerat intelliguntur philosophi: qui precepta philosophicalia conscripserunt. Et dicuntur rationabiliter manus philosophie: quia nisi fuissent instructi preceptis philosophicis: ea exprimere minime valuissent. ¶ Notandum q̄ vestes

Nunc vero pulsare celum summi verticis cacumine videbatur. Que cum caput altius extulisset: ipsm etiā celum penetrabat: sese respicientiūq̄ hominum frustrabatur intuitus. ¶ Uestes erant tenuissimis filis: subtili artificio: indissolubili materia perfecte: quas vti post eadem prodente cognoui suis manibus texuerat. Quarum speciem veluti fumosas imagines solet: caligo quedā neglecte vetustatis obduxerat. Harum in extremo margine P. grecum: in supremo vero T. legebatur intextum. Atq̄ iter vtrasq̄ litteras in scalarū modum gradus quidam insigniti videbantur: quibus ab īferiore ad superius elementū esset ascensus.

philosophie dicuntur fuisse obducte quadam caligine: quia tempore Boetij artes ad tantam negligentiam devenerant: quod pauci eas sciebant. sed Boetius eas transtulit et exposuit sive comentatus est. Vel ideo vestes philosophie fuerunt fumose: quia ab antiquis obscure fuit tradita philosophia: ab empedocle poetice: a platone enigmate: ab Aristotele sub verborum obscuritate. ¶ Nota quod due sunt partes principales philosophie scilicet practica et theorica: ideo in veste philosophie erant due littere intexte. s. P. et T. P. autem erat in inferiori parte vestis. et. T.

Eandem tamen vestem violentorum quorundam sciderant manus: particulas quas quisque potuit abstulerant. ¶ Et dextera quidem eius libellos: sceptrum vero sinistra gestabat. ¶ Que ubi poeticas musas vidit nostro assistentes thoro: fletibusque meis verba dictantes: commota paulisper ac torvis inflammata luminibus P. Quis inquit has scenicas meretriculas ad hunc egrum permisit accedere Que dolores eius non modo nullis foverent remedijs: verum dulcibus insuper alerent venenis

in superiori. per quod innuitur quod practica philosophia est inferior speculativa ordine dignitatis. Per gradus autem medios qui erant inter utrasque litteras intelliguntur scientie eloquentie que sunt: grammatica. logica. rhetorica. ¶ Notandum quod dicitur ascensum fuisse per gradus a practica ad speculativam, per hoc innuitur quod homo primo debet esse sufficienter instructus in practicis ut post ascendere valeat ad contemplativa. ¶ Notandum quid sit scindere vestes philosophie. Illi tantum dicuntur vestes scindere philosophie qui putant habentes unam scientiam se esse perfectos philosophos sine alijs. Si autem aliqui sciant unam artem sine alia dummodo se cognoscant non esse perfectos philosophos: tales non scindunt vestes philosophie. Vel illi scindunt vestes philosophie qui per erroneas expositiones trahunt veras propositiones ad suas falsas opiniones ¶ Et dextera quidem eius. Hic Boetius describit philosophiam quantum ad insignia et ornamenta que manibus gestabat dicens. Et dextera manus philosophie gestabat libellos: sinistra vero gestabat id est portabat sceptrum id est virgam regalem. ¶ Notandum quod omnis cura atque intentio viri sapientis versatur vel circa contemplationem sapientie que designatur per libellos. vel circa regimen reipublice quod designatur per sceptrum. et quia contemplatio sapientie potior est quam regimen reipublice: ideo philosophia dicitur in dextera habere libellos et in sinistra vero sceptrum. ¶ Que ubi poeticas musas. Postquam Boetius ostendit quomodo philosophia sibi apparuit. Hic ostendit que circa ipsum egerit. Et primo ostendit quomodo musas poeticas fugavit. Secundo ostendit quomodo de hoc obstupuit. Tertio quomodo philosophia sibi appropinquans statum eius deplanxit. Secunda ibi. At ego. Tertia ibi. Tum illa. Dicit primo. que supple philosophia: ubi pro postquam vidit poeticas musas assistentes nostro thoro id est lecto quia Boetius tanquam eger in lecto decubuit. Et cum vidit musas dictantes carmina meis fletibus ipsa philosophia paulisper, id est aliquantulum commota et inflammata i. incensa torvis luminibus. i. crudelibus vel terribilibus oculis inquit. Quis permisit has meretriculas scenicas id est unbrosas accedere ad hunc egrum: qui dolores eius non modo. i. non tantum non foverent. i. non sanarent ullis remedijs id est medicamentis. verum pro sed alerent sup. dolores eius dulcibus venenis. He sunt enim muse que infructuosis spinis affectuum id est passionum: necant id est suffocant uberem. i. fertilem fructum rationis: fructibus. i. in fructibus suis. et mentem hominum assuefaciunt morbo non liberant. Tunc alloquitur musas dicens. O muse si vestre blandicie detraxissent nobis. quem. i. aliquem. virum prophanum i. illiteratum. uti pro tanquam. solitum. i. similem vulgo. ego putarem id ferendum id est patiendum minus moleste. quippe in hoc nihil lederentur nostre opere. i. nostre sedulitates. sed vos aluistis nobis hunc hominem enutritum studijs. i. scientijs eleaticis. i. aristotelicis atque achademicis id est platonicis. Tunc fugat eas dicens. Sed abite id est recedite vos syrenes dulces usque ad exitium. i. in mortem et relinquite eum curandum meis musis id est doctrinis salutiferis. tunc iste chorus. i. turba musarum increpitus i. id est redargutus mestior. i. tristior existens. vultum suum deiecit. i. inclinavit. humi id est terre: et rubore confessus verecundiam tristis excessit id est exivit. limen id est domum in qua decubuit Boetius. ¶ Notandum quod ideo muse poetice dicebantur assistere thoro Boetij quia Boetius studuit metrice

dolorem suum conscribere. Item p̄bia dicitur paulisper commota: p̄ quod innuitur q̄ ira īmoderata nō debet cadere in virū sapiētem: quia virtus consistit in moderatione passionū. Unde licet irasci sit homini naturale: tamen irasci quando oportet & vt oportet & quantū oportet est hominis virtuosi & sapientis. Unde Sene. Quid crudeli⁹ ira. Similiter in de virtutib⁹ cardinalib⁹. Esto tard⁹ ad iram. Itē interrogatis q̄n q̄ sit causa ignorātie alicuius, aliquādo vt ex responsione facta aliquid p̄betur, quandoq̄ fit p̄pter increpationē faciendam, & hoc vltimo mō p̄hilosophia interrogat dicēs. quis has scenicas meretriculas &c.

Hec sunt enim que infructuosis affectuū spinis vberem fructibus rationis segetem necant: hominumq̄ mentes assuefaciunt morbo non liberant. At si quē prophanum vti vulgo solitum nobis blandicie vestre detraherent: minus moleste ferendum putarē. Nihil quippe in eo nostre opere lederētur. Hunc vero eleaticis atq̄ achademicis studijs enutritum. Sed abite potius syrenes vsq̄ in exitium dulces: meisq̄ eū musis curandum sanandūq̄ relinquite. B. His ille chorus increpitus deiecit humi mestior vultum: confessusq̄ rubore verecūdiā limē tristis excessit. ¶ At ego cuius acies lachrymis mersa caligarat: vt nec dino-

eum locum qui sursum est deo attribuunt tanq̄ immortale immortali coaptantes. Primo celi et mundi et dicitur vertere celum rapido turbine. motus enim firmamenti dicitur rapidus: quia suo motu rapit secum alias speras. Unde nota verso est verbum frequentatiuum: et significat frequenter vertere. et in hac innuitur: ꝙ celum semper mouetur et non cessabit: quia dicit commentator non est timendum ꝙ celum stet. et ratio: quia mouens celū mouet sine fatigatione et sine pena. xij. methaphisice. Itē deus est nexus perpetuo solio .i. coniunctus perpetuo celo. Unde deus tripliciter est in vniuerso: scilꝫ essentialiter seu presentialiter: sacramentaliter seu ministerialiter: et misericorditer. Essentialiter seu presentialiter in sua vera claritate in qua ipsum homo nunq̄ vidit sicut dicit propheta. deum nemo vidit vnq̄ sicut ipse est in perpetuo solio. Sacramentaliter seu ministerialiter deus est in sacramēto eucharistie: quod rata fide credimus. sed misericordialiter deus est vbiqꝫ secundum quod dicit scriptura. mia domini plena est terra. et inde prouenit dictum cōe secundum ꝙ dicit scriptura. deus est vbiqꝫ. ¶ Nota secundum Hugu. solium est sedes regalis et solio lignis facta: dicta a soliditate id est a firmitate. ¶ Nota ꝙ deus cogit sydera pati legem non violentia nec coacta motiaue: quia nullum violentum perpetuum: sed cogit ea voluntaria ordinatione obseruare legē .i. determinatum motum vt tempore eis statuto oriātur et occidant. ¶ Nota ꝙ luna de se est corpus opacum recipiens lumen a sole: et in ea parte qua est versus solem illuminatur. cum autē directe opposita sit soli sicut in plenilunio: tunc lumine suo obscurat minores stellas: eo ꝙ maius lumen obfuscat minus: sed cum luna est in illa parte celi in qua ē sol sicut contigit in coniunctione: tunc superior pars q̄ est versus solē est illuminata: et inferior pars que est versus nos ē obscurata: et tunc nihil videmus de luna. sed cū incipit elongari a sole tunc pars elongata incipit modicū apparere nobis: et tunc dicimus esse nouilunium: et quanto plus elongatur tanto plus apparet nobis illuminata. ¶ Nota Boetius dicit solē esse fratrē lune: quia secundum fabulas: iupiter concumbens cum latona genuit ex ea duos gemellos scꝫ phebum q̄ dicitur sol et dianam que dicitur luna: et sic secundum fabulas est frater lune. ¶ Nota stella que de vespere sequitur solem et de mane precedit habet diuersa nomina: patet per versus. Lucifer aurora venus vesperus hesperus idem. quomodo autem sit possibile ꝙ eadē stella de vespere sequatur solem et de mane precedat: dicunt aliqui ꝙ hoc non contingit in vna et eadem parte anni sed in diuersis. dicunt enim ꝙ in estate sequitur solem et in hyeme precedit: sed hoc est contra omnes actores dicentes hoc esse in eodem tempore anni. Alij dicunt ꝙ mercurius et venus sint stelle similis coloris et q̄titatis: quarum vna quandoqꝫ sequitur solem et alia precedit: et sic videtur esse vna stella q̄ sequitur et precedit: sed hoc non est verum. Hugu. dicit ꝙ venus est altior sole. et loquitur secundum antiquos astrologos qui locauerunt venerem supra solem. cū igitur contingit ꝙ venus et sol simul veniunt ad occasum: quia venus est altior diutius videtur in sero q̄ sol. eadem ratione citius videtur in mane: q̄ omnia eque cito discurrant. nam citius videntur ascendentia remota q̄ propinqua: et diutius videntur descendentia remota q̄ propinqua: licet equali motu incedāt. sed moderni astrologi locant venerem sub sole. Alij dicunt ꝙ vna est stella que vno tempore sequitur solē alio tempore precedit Et dicunt secundum Ptholomeum ꝙ illa stella habet eclypticum in cuius circumferētia defertur corpus eius. Est autē eclypticus circulus paruus cuius cētrum est circumferētia orbis deferentis. nunc autem est ita ꝙ eclypticus veneris semper est cum sole: ita ꝙ si protrahatur linea a centro terre per cētrum eclyptici veneris ad firmamentum: eadē linea transibit per centrum solis vel non multum distabit ab eo. cum autem venus feratur in circuitu eclyptici aliquando erit in eadem linea cum sole;

Tu cum feruida venerit estas
Agiles noctis diuidis horas.
Tua vis varium temperat annum
Ut quas boree spiritus aufert
Reuehat mitis zephirus frondes.
Queqꝫ arcturus semina vidit,
Syrius altas vrat segetes.
Nihil antiqua lege solutum
Linquit proprie stationis opus.

aliquando precedit: aliquando sequitur. Item mora solis super orizontem facit diem: cum dies sit statio solis super terram. mora autem solis sub orizonte facit noctem: et quia sol longiorem facit morā tempore estivali super orizontem: et breviorem sub orizonte: ideo dies estivales lōgiores sunt noctibus. in hyeme autem fit econverso: propter quod dies hyemales breviores sunt noctibus. ¶ Tua vis varius temperat annus. Hic Boe. commendat regimen divine providentie magis circa terrestria id est circa partes anni dicens. O deus tua vis id est virtus: temperat id est ordinat: varium annum id est diversas partes anni: ut mitis zephirus id est vētus vernalis revehat id est reducat frōdes: q̄s aufert id ē destruit spiritus boree id est flatus boree: et tua vis temperat ut quecūq; semina vidit arcturus illa stella altas segetes id est lōgas segetes urat syrius id est stella canicula tempore estivali. et subdit: nihil solutum id ē segregatum: antiqua lege id est eterna lege divine providentie: linquit id est derelinquit opus proprie stationis id est ad quod operandum est statutum. ¶ Nota quod quattuor sunt partes anni: ver: hyems: autūnus: et estas. In vere stat ventus qui dicitur zephirus qui est collateralis favonii: et quia flatus eius est levis ideo dicitur mitis et producit virida. in hyeme et maxime in principio viget flatus boree qui est ventus collateralis aquilonis: cuius flatus est fortis et frigidus et destruit viridia denudādo arbores. ¶ Nota quod arcturus est stella circa maiorem ursam que dicitur videre semina: quia tempore sui ortus quo oritur cū sole tunc seminatur: sicut in autūno. ¶ Nota syrius est stella que alio nomine dicitur canicula. et dicitur syrius a syren quod est tractus: propter longum tractum caloris: et apparet cum sol est in cancro: et dicitur urere segetes id est maturare.

Omnia certo fine gubernas

Hominum solos respuis actus

Merito rector cohibere modo

Nam cur tantas lubrica versat

Fortuna vices premit insontes

Debita sceleri noxia pena

At perversi resident celso

Mores solio: sanctaq; calcant

Iniusta vice colla nocentes

Latet obscuris condita virtus

Clara tenebris iustusq; tulit

Crimen iniqui

Nihil periuria nil nocet ipsis

Fraus mendaci compta colore

Sed cum libuit viribus uti

¶ Nota de arcturo dicit Isydorus in li. ethymologiarum. arcturus est sydus post caudā maioris urse positum et oritur tempore autumnali. sed Vegetius dicit arcturum oriri post idus septembris. post duodecim kalendas octobris. ¶ Item dicit Isidorus. canicula est stella. et dicitur syrius que estivis mensibus in medio centro celi et iuncta cum sole duplicatur calor eius et dissolvuntur corpora et evaporant. a qua stella dicuntur dies caniculares in quibus moleste sunt purgationes. ¶ Omnia certo fine gubernas. In ista parte Boetius tangit actus hominum non regi a providentia divina sed derelictos regimini fortune dicēs. O deus tu gubernas omnia certo fine id est certo ordine ad finem: et respuis id est spernis regere solos actus hominum. O rector deus tu merito cohibere id est coarceas: cur lubrica fortuna versat id est vertit tantas vices id est alternationes. quia ipsa premit insontes id est innocentes noxia pena debita sceleri id est homini scelerato. perversi mores id est homines perversi in moribus resident in celso solio id est alto loco. et ipsi nocentes id est mali calcant sancta. colla id est colla sanctorum hominum: iniusta vice id est iniusta alternatione: qui sancti potius deberent calcare colla nocentium quam econverso. et clara virtus id est homo clare virtutis: iacet condita id est abs-

scondita: obscuris tenebris id est ab hominibus vicio obscuratis: et iustus homo tulit id est sustulit cri-
men iniqui hominis: et periuria nil nocent ipsis iniquis nec fraus compta. i. ornata: mendaci colore id ẽ
falsa apparentia nocet ipsis: sed cũ prauis libuit vti viribꝰ id ẽ exercere vires: quos prauos metuunt
innumeri populi id est vulgares tunc ipsi gaudent subdere id est supplantare summos reges id ẽ bo-
nos et sapientes: quorũ regere est. et alios gubernare. Item deus omnia gubernat certo fine. qꝫ dicit cõ-
mẽtator. x. methaphisice. deꝰ est
mensura oim̃ et regula et infalli-
biliter rerum mensura: et cõmẽ-
tator dicit primo celi et mundi. En
tia diuina nos gubernant et re-
gunt: in nobis sunt q̃si finis. Itẽ
illud quod est sapientissimũ re-
git certo fine cum sapientis ẽ re-
gere: sed deus est sapiẽtissimus
eo q̄ sapientia a deo ꝓcessit: vñ
scriptura. ois sapiẽtia a deo est.
¶ Nota Boe. vidit in mundo bo-
nos deprimi et malos exaltari:
cum tamẽ potius fieret ecõuer-
so: ideo sibi videbatur q̄ actus et
operatões hoim̃ non regerẽtur
a deo: sed magis a fortuna: que
hunc humiliat: et hũc exaltat: io
Boe. deo conquerit. ¶ O iam
miseras respice terras. Hic Bo
etius rogat vt deꝰ regat actꝰ ho
minũ et homines sicut regit celũ
dicens. O quisquis deus es tu
qui nectis id ẽ coniungis federa
id est concordias rerũ respice mi
seras terras id ẽ homines in ter-
ris habitãtes. nos enĩ homines
non sumus vilis pars sed valde
nobilis: tanti tui operis id ẽ mũ
di: nos quatimur id est concuti-
mur: salo id est mari et amaritudine fortune: ideo tu deus comprime id est restringe rapidos fluctus id
est magnos impetus fortune. et eo federe id ẽ regimine quo regis immensum celum tu firma id est ro
bora stabiles id est homines stabiles in terra. ¶ Nota Boe. di. hominẽ non esse vilem partẽ mundi: qꝫ
scribitur in ꝓlogo libri de pomo Aristo. Homo est dignissima creatura: similitudo om̃ ad imaginẽ
factus. et secundo de anima quodãmõ anima cõuenit cũ omnibus creaturis. conuenit enĩ cũ angelis
in intelligendo: cum brutis in sentiendo: cum plãtis vegetando: cũ lapidibꝰ in essendo. ¶ Nota Boe.
comparat fortunam salo id est mari. sicut enĩ nauis vndis marinis iactatur in altum nunc et nunc in ꝓ
fundum: sic homo per fortunã nunc in prosperitate leuatur: nunc in aduersitate deiicitur.

Quos innumeri metuunt populi
Summos gaudent subdere reges.
O iam miseras respice terras
Quisquis rerum federa nectis:
Operis tanti pars non vilis
Homines quatimur fortune salo
Rapidos rector comprime fluctus
Et quo celum regis immensum
Firma stabiles federe terras.

Prosa quinta primi libri.

Hec vbi cõtinuato dolore delatraui: illa vultu placido: nihilqꝫ meis questibꝰ mo ta. Philosophia. Cum te inquit mestũ

Prosa quinta primi libri.

Hec vbi cõtinuato. Hic incipit ꝓsa quinta libri primi in qua Boe. ostẽdit quõ p. se ha-
buit ad suã querimoniã: et quid ex ea cognouerit. scdo P. quedã dicta Boe. in rationa
bilia ꝑpendit. Tertio sub breuitate recolligit ea que ipsũ Boe. ꝑturbant. Quarto
phĩa dat modum remedendi ipsum Boe. scda ibi. Ita non me tam loci huiꝰ. tertia ibi.
Et tu quidẽ de tuis. quarta ibi. Sed qm̃ plurimus. Dicit primo. Postq̃ ego Boe. de-
latraui. i. contra rationem locutus sum hec supple ꝑdicta cõtinuato dolore id est assi-
dua turbatione. illa supple phĩa placido vultu nihil mota id ẽ irata meis questibus id est meis queri-
moniis inquit id est dixit. cum id est qm̃ ego vidissem te Boe. mestum id est tristem: qꝫ p. et lachrymã-
tem id est flentem: illico. i. statim cognoui te miserum: qꝫ p. et exulem id est patientẽ exilium: sed q̃ lon-
ginquum id est remotum esset illud exilium ego nesciebam id est ignorabam nisi tua oratio id ẽ sermo

mihi pdidisset id est reuelasset: sed tu supple Boe. quidem pro certo non es pulsus q procul id est valde remote: a patria id est a iudicio rationis: sed aberrasti id est deuiasti. at pro sed: si te mauis id est magis vis estimare pulsum a patria potius supple tu ipse pepulisti te Boeti. nam pro quia: quidem pro certe id supple repellere te a patria nunq fuisset phas id est licitum cuiq supple hominum. si enim reminiscaris id est recorderis cuius patrie id est de qua patrie sis oriundus id est natus non vti p licet supple

lachrymantemq vidissem: illico miserum exulemq cognoui. Sed q id longinquum esset exilium nisi tua prodidisset oratio nesciebam. Sed tu q procul a patria non quidem pulsus es: sed aberrasti. At si te pulsum estimari mauis: te potius ipse pepulisti. Nam id quidem de te nunq cuiq phas fuisset. Si enim cuius oriundus sis, patrie reminiscaris: non vti athenensium quodam multitudinis imperio regitur: sed vnus dominus est et vnus rex: vnus et princeps. Qui frequentia ciuium non depulsione letatur. Cuius agi frenis atq optemperare iusticie summa libertas est: An ignoras illam tue ciuitatis antiquissimam legem: qua sanxitum est eius exulare non esse quisquis in ea sedem fundare maluerit. Nam qui vallo eius ac muninine continetur: nullus metus est ne exul esse me-

ciuitas athenensium quodam regitur iperio id est ex pcepto multitudinis id est multorum rectorum. Sequitur grecum quod tantum valet in latino. sed vnus est dns et vnus rex: vnus et princeps. qui gaudet de frequentia id est de frequenti inhabitatione ciuium id est incolarum et non depulsione. Cuius regis agi id est duci frenis id est preceptis atq p et obtemperare id est obedire iusticie summa est libertas. An pro nunquid ignoras illam antiquissimam legem id est statutum: tue ciuitatis id est recte rationis: qua sanxitum id est confirmatum est eius non esse id est ad eam non pertinere exulare id est in exilium pati quisquis id est quicunq maluerit id est optauerit fundare id est locare in ea ciuitate: sedem id est habitationem suam. nam pro quia qui continetur id est comprehenditur vallo ac munime eius supple ciuitatis: nullus metus id est timor est illi vt mereatur esse exul: at p sed quisquis desierit id est cessauerit velle inhabitare eam ciuitatem pariter desinit etiam mereri id est meritum consequi. ¶ Nota q delatrare proprie est canum in pposito autem delatrare est vrgente dolore contra rationes

loqui. et sic Boe. quia dicit actus hominum non regi a deo contra rationem loquebatur. ergo dixit se delatrasse. ¶ Nota non est hominis sapientis moueri ex his que dicuntur ab insipiente contra rationem: sed magis debet insipientem instruere et ipsum consolari: ergo philosophia non fuit mota ex questibus Boetii: sed magis ipsum consolabatur. ¶ Nota phia cognouit Boetium esse miserum et exulem. miser est ille cuius animus sequitur mutationem rerum temporalium: ita q extollitur in prosperis et deprimitur in aduersis. Exul in proposito non est ille qui mutat regionem: sed qui agit contra rationem. ¶ Nota q per lachrymas potest cognosci q ratio hominis sit turbata: sed quantum turbata sit non cognoscitur nisi sermone dolentis. ergo dicit philosophia lachrymis cognoui te esse exulem: sed quantum esset exilium nesciebam nisi tua ratio mihi prodidisset. ¶ Nota ille pulsus est a patria qui omnino rationem amittit: sed ille aberrat qui infra patriam in aliquo rationem retinet et in aliquo amittit. Boetius autem non erat pulsus procul a patria: quia non totam rationem amiserat. credebat enim omnia regi a deo: sed in hoc aberrabat q actus hominum a deo regi non putabat. ¶ Nota de patria hominis que est recta ratio loquitur Seneca in de remedijs fortuitorum dicens. patria est vbicunq homo bene est. illud autem quod bene in homine est non in loco: est in hominis inq potestate est si sapiens est non peregrinatur: si stultus exulat. ¶ Nota a patria rationis nullus Boetium expulit: nisi ipse seipsum: quia Boetius non aliero

reatur. At quisquis inhabitare eam velle desierit: pariter desinit etiam mereri. Itaque non tam me loci huius quam tua facies movet. Nec bibliothece potius comptos ebore ac vitro parietes: quam tue mentis sedem requiro. In qua non libros: sed id quod libris precium facit librorum quondam meorum sententias collocavi. Et tu quidem de tuis in commune bonum meritis vera quidem sed pro multitudine gestorum tibi pauca dixisti. De obiectorum quidem tibi vel honestate vel falsitate cunctis nota memorasti. De sceleribus fraudibusque delatorum recte tu quidem strictimque attingendum putasti: quod ea melius uberiusque recognoscentis omnia vulgi ore celebrentur. Increpuisti et vehementer

impetu: sed proprio defectu terminos et limites rationis exiuit. ¶ Nota civitas Athenensium regebatur imperio multitudinis. primo enim eam regebant reges. postea succedente tempore principes. tandem pro regimine eius singulis annis eligebantur. xxviij. sapientes. sed patria rationis tantum uno principe regitur. scilicet deo qui est regula recte rationis. ¶ Nota homo dicitur oriundus de patria rationis inquantum anima eius intellectiva que utitur recta ratione a deo oritur. ¶ Nota in tantum homo manet in patria rationis inquantum deo subiicitur et legi divine: et quia deus in subiectione suorum delectatur ideo letatur in multitudine civium et non in expulsione eorum repellitur autem aliquis a patria rationis deo rebellando et a recta ratione recedendo. ¶ Nota qui obtemperat deo est summe liber: quia aliquis in quantum agit secundum rectam rationem in tantum est liber: sed per obtemperare se deo homo maxime agit secundum rationem: ergo talis maxime liber est. unde Seneca. ij. epistola vi. Queris quo sit libertas. libertas vera est nulli rei preterquam deo servire: equanimiter prospera et adversa ferre: et fortunam in equum ducere. ¶ Nota quod a civitate rationis nullus exulat nisi per affectionem temporalium: talis autem affectio est voluntaria. et ideo sola voluntate aliquis exulat tali civitate: et quia talis affectio non potest hominem occupare quamdiu est infra terminos recte rationis: ideo dicit phia. nam qui vallo eius etc. ¶ Itaque non me tam loci huius. Hic phia quedam dicta irrationabilia Boe. parvipendit dicens. Ex quo aberrasti a patria rationis: itaque pro ergo. non tam id est non tantum facies id est dispositio huius loci id est exilij quam id est quantum tua facies id est interior dispositio mentis tue: movet id est perturbat me phiam. et quia superius conquestus fuit de carentia bibliothece librorum: istam carentiam parvipendens phia dicit. nec ego phia requiro id est investigo: parietes bibliothece comptos id est ornatos: ebore id est ossibus elephantum: ac pro etiam vitro id est gemmis preciosis: quam id est inquantum supple ego requiro sedem id est tranquillitatem tue mentis in qua mente non collocavi id est non posui libros. sed id id est illud quod facit precium id est preciositatem: libros scilicet sententias meorum librorum. ¶ Nota quod Boetius supra conquerendo de statu suo solum deplangit incommoda corporalia non curans delectionem animi sui. unde phia contra hoc solum deplangit sui animi deiectionem: et incommoda corporalia parvipendit. et quia superius l. ij. prosa di. Boe. numquid non movet te facies huius loci. ideo phia hec sibi respondens di. multo plus moveor propter animi tui deiectionem quam propter locum exilij in quo existis. Homo enim fortis animo omni loco utitur pro patria. unde Ovidius in libro de fastis. Omne solum forti patria est: ut piscibus equor. et quia etiam conquestus fuit de bibliotheca respondet P. quod ipse potius deplangat sententias librorum quas per oblivionem perdidit quam carentiam bibliothece et librorum. ¶ Et tu quidem de tuis. Hic P. sub brevitate recolligit que Boe. perturbaverunt dicens. et tu Boe. dixisti vera de tuis meritis id est factis in commune bonum id est propter omnium bonam utilitatem: sed supple dixisti pauca superbeneficia tibi evenisse pro multitudine gestorum id est factorum tuorum. et tu memorasti. i. recitasti: nota id est manifesta cunctis hominibus de honestate scilicet de salvatione senatus: vel falsitate. i. contemplatione falsarum litterarum obiectorum id est imputatorum tibi: quidem pro

certe: tu strictim putasti id est existimasti attingendum supple recte id est rationabiliter de sceleribus id est de vicijs q pro et fraudibus id est deceptionibus: delatorum id est accusantium: q ea id est omnia ista celebrentur .i. memorentur melius q pro et uberius id est copiosius ore id est sermone vulgi recognoscentis id est memorantis omnia. tu Boetius increpuisti vehementer id est fortiter factum id est opus iniusti senatus supple totius. et tu etiam doluisti de nostra criminatione id est vituperatione et tu etiam flevisti id est deflevisti damna id est crimina lese opinionis id est commaculate fame: postremo .i. ultimo dolor incanduit adversus fortunam id est contra fortunam: q pro et supple tu Boeti conquestus es non compensari id est retribui: equa id est digna premia meritis id est pro meritis. In extremo id est in fine sententis muse id est finientis metri tu proposuisti id est dedisti: vota id est preces: q ea pax supple divine providentie: regeret terras id est homines terrenos uti pro sicut regit celum.

¶ Nota q omnia fuerunt causa perturbationis mentis Boetij. et pertractantis ea in quarta prosa et in fine metri. O stelliferi.

¶ Sz qm. Hic philosophia dat modum medendi ipsum Boetium dicens. Sed qm plurimus tumultus id est valde magna multitudo affectuum id est passionum: incubuit id est institit tibi: et dolor ira et meror .i. tristicia distrahunt te: diversum id est ad diversa: tu sicut nunc mentis es nondum contingunt id est respiciunt te: validiora remedia id est fortiora medicamenta. Itaq nos utemur paulisper .i. modicum levioribus remedijs: ut ea q iduruerunt .i. indurauerunt in tumorem id est in inflaturam: perturbationibus id est tristicijs animi, influentibus id est evenientibus: illa molescant id est, molliores fiant blandiore tactu id est leniori medicina: ad recipiendum vim acrioris id est fortioris medicaminis. ¶ Nota q Boetius fuit distractus multitudine affectionum scilicet ira merore et dolore. nam ira trahit hominem ad vindictam: dolor ad desperationem: meror ad totius mentis aggravationem. ideo dicit philosophia q sua perturbatio iam non posset sustinere fortiora remedia: sed velit sibi adhibere levia: ut per talia preparatus et dispositus consequenter posset recipere remedia acriora.

iniusti factum senatus: de nostra etiam criminatione doluisti: lese quoq opinionis damna flevisti. Postremo vero adversus fortunam dolor incanduit: conquestusq non equa meritis premia compensari. In extremo muse sevientis: ut utiq celum terras quoq pax regeret vota posuisti. Sed quoniam plurimus tibi affectuum tumultus incubuit: diversumq te dolor: ira: meror distrahunt: uti nunc mentis es nondum te validiora remedia contingunt. Itaq levioribus paulisper utemur: ut que in tumorem perturbationibus influentibus induruerunt: ad acrioris vim medicaminis recipiendam tactu blandiore mollescant.

Metrum sextum primi libri.

Cum phebi radijs grave
Cancri sydus inestuat

¶ Metrum sextum libri primi.

Cum phebi radijs grave. Hic incipit sextum metrum huius primi quod dicitur metrum gliconicum ab inventore: coriambicum a pede predominante. Est autem coriambus pes constans ex prima et ultima longa et duabus medijs brevibus. unde primus pes huius metri est spondeus. secundus coriambus: tertius pyrrichius qui est pes constans ex duabus brevibus: et loco eius aliquando ponitur iambus qui constat ex prima brevi et ultima longa. In hoc ergo metro philosophia probat dictum suum per exempla, dicit enim q

Boetio pro nunc non conueni rent remedia fortia: sed alio tempore. probat ergo ꝙ omnia requirant tempus determinatum: et si fiunt extra suum tempus non prosperantur. ꝛ hoc probat tribus exem-plis. Secundo tangit tempora non permisceri que deus distinxit: vbi signat tempora. Primū exēplū est de semine: qḋ si seminatur in indebito tpe non profert fructū: vt si quis seminaret in iulio vel in augusto. vnde dicit sic in littera. Cum pro qsi graue sydus cancri illius signi: inestuat. i. inardescit: radijs phebi. i. solis: tunc. i. in illo tēpore. qui credidit id ē cōmisit. larga semina id ē copiosa semina. sulcis. i. cauernis terre, negantibus sup. spem messis. talis cūsus. i. frustratus fide beneficis cereris id ē dee frugum. pergat id est accedat, ad arbores quernas. i. quercuum ꝛ vescatur fructibus eoꝝ. Tunc ponit exēplū ꝺ floribus quos hō frustra querit tēpore hyemali cum tps eoꝝ sit in vere. vnde dicit in lr̄a. Tu lecturus id ē collecturus violas nunq̄ petas. i. accedas purpureum nemus. i. floridam siluā, cum i. qn̄ campus stridēs. i. sonās cāpus inhorruit. i. horribiliter apparuit seuis aquilonibus. i. crudelibus vētis hyemalib⁹. Tūc ponit tertium exēplum ꝛ est de vuis que mature sunt in autūno et ideo frustra querantur tempore vernali. vn̄ dicit. si libeat frui vuis non queras auida id est cupida manu stringere vernos palmites id est vernales vites. bacchus deus vini potius contulit sua munera id est vuas autūno id est autūni. ¶ Nota ꝙ sydus cancri dicitur graue: qꝛ sole existente in cācro homines grauantur nimio calore: quo tempore non est seminandū: quia ad hoc ꝙ semen conualescat requiritur humor: qui calor solis feruido tēpore resoluit ꝛ euaporat. ¶ Nota secundū fabulas cū Pluto rapuerat proserpinā: mater eius Ceres querēs ipsam in terris ꝛ non inueniēs: denegauit hoībus beneficium frugum ꝛ tunc homines pergebant ad arbores quercuum et comedebāt glandes. et sic loquitur philosophia in littera ¶ Nota de hoc ꝙ dicit stridēs cāpus. dicit Hug. ꝙ strideo des. vel strido dis est fortiter sonare vel dentes cōcutere vel frendere. ¶ Signat tēpora ꝓprijs. Hic ostendit phia tēpora non permisceri q̄ deus distinxit: dicens. Deus signat. i. ornat tempora aptans ea proprijs officijs. nec ipse deus patitur misceri vices. i. alternationes tēporum. ita ꝙ tempus vni officio deputatum cōueniat alteri. quas vices temporum ipse coercuit id est constrinxit ꝛ addit. sicut querens aliquo tempore non debito frustratur in querendo: sic illud quod deserit certum ordinem precipiti id est festina via illud non habet letos exitus id est prosperum euentum: sic a simili si phia relicto debito tempore ministrasset Boe. fortem medicinā non fuisset prosperata in medēdo ipsum. ¶ Nota ꝙ per debitum ordinem res cōseruantur in suo esse ꝛ in sui natura et quod deficit ab ordine etiam deficit ab esse. vnde Boetius quarto huius. secunda prosa. Est enim quod retinet ordinem seruatq̄ naturam: quod vero ab hoc deficit: esse quod in sui natura situm est de-

Tunc qui larga negantibus
Sulcis semina credidit
Elusus cereris fide
Quernas pergat ad arbores.
Nunq̄ purpureum nemus
Lecturus violas petas
Cum seuis aquilonibus
Stridens campus inhorruit.
Nec queras auida manu
Vernos stringere palmites
Vuis si libeat frui.
Autumno potius sua
Bachus munera contulit.
Signat tempora proprijs
Aptans officijs deus
Nec quas ipse coercuit

reliquit: pp̄ter quod debitus ordo in omnib⁹ est obseruandus. vnde poeta. Est ordo summa bonitas sa-pientis in arte. Ergo dicit philosophia, quod precipiti via. ¶ Nota omne agens in agendo debet pre-stituere sibi bonum finem: quia ratione boni finis agens meretur: & ratione mali finis demeretur. vn-de poeta. Non datur exemplo bona post primordia merces Longua; sed rectus premia finis habet. Cum igitur inordinatio impediat bonitatem finis: ideo vitanda est.

Misceri patitur vices.
Sic quod precipiti via
Certum deserit ordinem
Letos non habet exitus.

Prosa sexta primi libri

PRimū igitur pateris ne me pauculis ro-gationibus statū tue mentis attingere atq; tentare: vt qui modus sit tue curationis intelli-gam. Boe. Tu vero arbitratu inq̄ tuo que voles vt respōsurum rogato Philosophia. Tum illa. Hunc-cine inquit mundū temerarijs agi fortuitisq; casibus putas? An nullum credis ei inesse regimen rationis? Boe. Atqui inq̄ nullo existimauerim modo vt fortui-ta temeritate tam certa moueātur. Verū operi suo cō-ditorem presidere deum scio: nec vnquam fuerit dies

Prosa sexta primi libri.

PRimum igitur pateris. Hec est sexta et vltima prosa hui⁹ primi in qua philoso-phia inquit cau-sam radicalē infirmitatis Boe. ex quibusdam interrogationib⁹ Et primo philosophia captat be-niuolentiam Boetij. Secundo ponit suas interrogationes: ibi. Tum illa. Dicit primo: anteq̄ ad-hibeam tibi remedia ne primū q̄d pateris id est admittis me phi-losophiam, primum pauculis rationibus id est interrogationi-bus: attingere per cognitionem atq; tentare id est rimari statum id est dispositionē tue mentis: vt intellegam id est cognoscam q̄s sit modus curationis id est sana-tionis. vel o p sed ego Boe. inq̄ id est dixi: tu philosophia roga-to id est interrogato tuo arbitra-tu id est secundum tuā voluntatē que voles: vt pro sicut responsu-rum id est volentem responde-re. ¶ Nota q̄ philosophia more boni medici non solum scrutatur causas doloris per signa extrinse-ca sicut medici per vrinam et pul-sum: q: hec signa quandoq; fallūt: sed etiam scrutatur causas doloris Boetij per responsiones ad questiones: et primo captat eius beniuolentiam reddendo ipsum atten-tum per hoc q̄ dicit pauculis rogationibus. ¶ Nota q̄ infirmi habent naturalem impotentiam nihil patiendi: ergo ex facili conturbantur non solum per multas interrogationes sed ex vna sola. Volens ergo mouere paucas questiones Boe. infirmo primo captat eius beniuolentiam. ¶ Tum illa. Hic phi-losophia ponit interrogationes. Secundo causas totius infirmitatis ex respōsionibus Boetij recol-ligit. Tertio ostendit ipsum curabilem esse dando modum procedendi circa curationem eius. Secun-da ibi. Quare plenissime vel egritudinis tue rationē et cetera. tertia ibi. Sed sospitatis auctori. Primo philosophia querit de mundi gubernatione, secundo de circūstantijs gubernatoris: ibi. Sed dic mihi. Adhuc diuiditur: quia primo philosophia querit. Secundo Boetius respondet. Tertio philosophia eius responsionem approbat dicens. Ergo o Boeti putas hunc mundum agi id est regi temerarijs: q̄s pro et fortuitis casibus id est euenientibus. an id est nunquid tu credis nullum regimen rationis id est prouidentie diuine inesse ei mundo? Ego Boetius inq̄ id est dixi: atqui id est certe non existimauerim id est putauerim vllo modo: vt tam certa entia moueantur id est regantur fortuita temeritate id ē im-prouisa: sed scio deum conditorem id est creatorem: presidere suo operi id est sue creationi: nec dies fu-erit vnq̄ id est in aliquo tempore: qui dies depellat id est remoueat me Boetium ab hac veritate sen

dentie iam dicte. Tūc philosophia approbans eius responsionē dicit. philosophia inquit.i. dicit. ita est nā tu cecinisti.i.dixisti etiā illud pauloante.i.in qnto metro hui⁹ primi:qꝫ ꝑ et tu deplorasti.i.planxisti:tamē id ē tm̄modo ipsos homies esse exortes.i.carētes vel nō pticipes:diuine cure.i.diuine prudentie:nāqꝫ ꝑ quia tu nihil mouebare.i.dubitasti de ceteris sup.creaturis quin regerētur ratōe sup. prudentia dei:autē ꝑ sed pape est interiectio āmirantis,ego ānuror vehemēter qꝫ tu locat⁹ id ē positus in tam salubri sn̄ia: egrotes

Ita est inquit. Nam id etiā pauloante cecinisti: hominesqꝫ tantū diuine exortes cure esse deplorasti. Nam de ceteris quin ratiōe regerētur nihil mouebare. Pape autē vehemēter ammiror: cur tam salubri sententia locatus egrotes. Uerum altius perscrutemur nescio quid abesse coniecto. Sed dic mihi quoniam a deo mundum regi non ambigis: quibus etiaꝫ gubernaculis regatur aduertis? Boetius. Uix inquā rogationis tue sententiam nosco: nedum ad inquisita respondere queam. Philosophia. Num inquit fefellit abesse aliquid per quod velut hiante valli robore in animū tuum perturbationum morbus irrepserit?

.i.langueas.verū ꝑ sed:nos perscrutemur altius.i.pfūdius:ego nescio quid supple sit illō quod ego coniecto.i. opinor abesse tibi quid.i.aliquid. ¶ Nota qꝫ infirmitas Boe. partim fuit ex ordinata affectōe:inquantū enī Boetius doluit de tpaliū rez amissione, et parti fuit ex falsa existimatione quantū ad duo. Existimabat enī malos hoies esse felices ꝛ potentes. Secundo existimabat hoies nō regi a diuina prudētia:ergo phia inquirit causam radicalē ꝑpter quā Boe. incidit ī istas incōmoditates:et quia radix tot⁹ morbi fuit ignorantia diuine gubernatōis quātū ad homies:ideo primo querit de mūdi gubernatōe ¶ No. qꝫ Boe. annuit duas ratōes qꝫ mūdus regatur a deo. Primam ibi Tam certa. que talis est. Ea que sunt certa ꝛ determiata nō regūtur a casu ꝛ fortuna cū regimen taliū sit incertū: sed entia huius mundi sunt certa qꝛ a certis causis ꝓducta. Secūdā ratione innuit ibi. Uerū operi suo. q̄ talis est. Causatū regitur a sua causa: sed de⁹ est causa mundi: cū ab ipso dependeat celū ꝛ tota natura: ergo ꝛc. ¶ Nota phia rationabiliter miratur qꝫ Boe. credens mūdū regi a deo putabat hoies nō regi ab ipso: quia posset phia sic arguere. De⁹ regit mundū scōm te Boe. sed homines sunt principalis ps mūdi sicut prius dixisti in metro Operis tanti parsqꝫ non vilis: ergo homines reguntur a deo. ¶ Sed dic mihi qm̄ a deo mundū regi. Hic phia querit de circumstātijs gubernatōis mundi. scōo quia res gubernate diriguntur in suū finem. ideo scōo querit de fine rez. et quia gubernatio dei scōm rei veritatem etiā est circa hoies:iō tertio querit de cognitōe hoīs. scōa ibi. Sed dic mihi tertia ibi. Sꝫ hoc quoqꝫ. Primo dicit. Sed o Boe. dic mihi phie qm̄ nō ambigis.i.nō dubitas mundū regi.i.gubernari a deo. etiaꝫ nunquid aduertis.i.cognoscis quibus gubernaculis mundus regatur? Ego Boe. inquā id ē dixi. vix nosco sententiā.i.intellectū tue rogatōis.i.tue interrogatōis nedum.i. adhuc non queaꝫ id est nō possum respondere ad inquisita id ē interrogata: supple phia inquit.i.dixit:nō fefellit.i.nō decepit me supple phiam abesse.i.deficere tibi aliquid per quod velut hyante.i.patente:robore id ē firmitate valli id est munitionis:morb⁹ ꝑturbationū irrepserit.i.subintrauerit in tuū animū.q.d.nunqd enī veruꝫ fuerit qd̄ predixi tibi aliquid abesse per quē defectum dolor intrauit te sicut apertum ostium. ¶ Nota qꝫ de⁹ nō regit mundum aliquibus gubernaculis extrinsecis: quia sic non esset per se sufficientissimus: sed regit ipsum sua potentia que attribuitur patri: sua sapientia que attribuitur filio: sua pietate et clementia q̄ attribuitur spiritui sancto: et de hoc patebit in secundo huius. ¶ Nota illud quod aliquis homo vix intelligit aliquo modo intelligit: licet cum difficultate. Ex hoc ergo qꝫ Boetius dicit se vix intelligere interrogationem philosophie innuit se aliquo modo intelligere: tamen cum difficultate propter do

horem opprimentem rationem: et ideo respondere non potuit. ¶ Nota quando robur valli alicuius munitionis hyat propter aliquam rupturam in eo factam: tunc hostes ingrediuntur munitionē. sic est nisi quādo munitio rationis qua animus munitur tanq̄ vallum hyat propter defectum alicuius cognitionis: tunc necessario perturbationes affectuum subintrant animum. ¶ Sed dic mihi meministi ne. Hic philosophia querit de cognitione finis rerum dicens. Dic mihi ne id est an meministi id est recorderis quis sit finis rerum supple omnium: ve pro vel: quo id ē ad quem finem intentio totius nature tēdat id est laboret. ego Boetius inq̄ id est dixi: audieram supple olim: sed meror id ē perturbatio ebetauit id est obscurauit memoriam id est intellectum. Atqui pro certo: scio vn̄ cūcta id ē omnia processerint id est principium suum habuerint. ego Boetius inq̄ id est dixi noui, q̧ pro et respondi deum esse principium om̄i rerum, et dicit philosophia: qui id est quomodo potest fieri hoc vt cognito id ē noto principio scilicet omnium rerum ignores id est nescias quis sit finis rerum supple omnium verum pro sed: hi mores perturbationum et ea valentia id ē vigor vel potestas perturbationū est vt quidem id est certe possint mouere hominem loco id est stabilitate perfecte cognitionis: autem pro sed non possunt euellere supple radicitus q̧ pro et extirpare id est eradicare sibi totum. ¶ Notandum philosophia consequenter et rationabiliter q̄rit Boetio an cognoscat finem omnium rerum: quia finis est causa causarum, et est optimus cuius gratia alia fiunt: propter quod ignorato fine nihil perfecte cognoscitur eorum que sunt ad finem, nam secundum exigentiam finis cetera moderantur. ¶ Nota quando principium et finis coincidunt in vnum sicut in circulo idē est principium et finis: tunc videtur mirabile q̧ tunc principium cognoscat et finis ignoretur. cum ergo deus sit principium et finis omnium rerum: cognito ipso sub ratione principij videtur etiam sub ratione finis. q̧ autem deus sit principium omnium patet: q̧ ab ipso deriuatum ē singulis esse et viuere: primo celi et mundi dicens. q̧ autem sit finis omnium patet: quia gratia eius omnia fiunt et ad ipsum ordinantur, nam in rebus constantibus ex arte et natura semper vilius est propter melius, deum autem est optimum eorum que in natura sunt. Ex prohemio Methaphisice. ¶ Nota licet perturbati aliqualem cognitionem rerum habeant: tamen impediuntur ne perfecte cognoscant, licet ergo Boetius aliqualiter cognouerit deum esse principium rerum: tamen quia turbatus fuit: perfecte naturam huius principij non cognouit: et ideo ignorauit ipsum esse finem rerum. ¶ Nota q̧ passio est motus particule appetitiue sub fantasia boni et mali: secundum Eustratium secundo ethicorum, et hi sunt mores passionum. q̧ possunt homines mouere a stabilitate perfecte cognitionis: sed totaliter ipsum non possunt euellere ab omni cognitione. ¶ Sed hoc quoq̧ respondeas velim. Hic philosophia facit aliam interrogationem de cognitione humane nature dicens. Sed ego etiam velim: tu respondeas id est responsum deo hoc id est ad hoc me promi quid: tu meministi id est scis te esse hominem. Ego Boetius ni inq̄ id est dixi: quid id est propter quid non meminerim id est sciuerim, et querit vlterius philosophia. Igitur ne id est numquid poteris

Sed dic mihi meministi ne quis sit rerum finis: quo ve totius nature tendat intentio? Boe. Audieram inq̄: sed memoriā meror ebetauit. P. Atqui scis vnde cuncta processerint? Boeti. Noui inq̄ deumq̧ esse respondi. Philosophia. Et qui fieri potest: vt principio cognito quis sit rerum finis ignores? Verū hi perturbationum mores et ea valentia est: vt mouere quidem loco hominem possint: euellere autem sibiq̧ totum extirpare non possunt. Sed hoc quoq̧ responde as velim hominem ne te esse meministi? Boe. Quid ni inq̄ meminerim? Philosophia. Quid igitur homo sit poteris ne proferre? Boetius. Hoccine interrogas: an esse me sciam rationale animal atq̧ mortale

proferre .i. dicere quid sit homo id est diffinitionem hominis. Respondet Boetius. Nunquid philosophia tu interrogas me hoccine id est hoc: an id est verum sciam me esse rationale: atque pro et mortale animal. ego Boetius scio et confiteor id est fateor me esse hoc supple animal rationale et mortale. Et illa supple philosophia di. nc pro nunquid nihil nouisti te esse aliud quam animal rationale et mortale. di. Boetius nihil supple. philosophia inquit id est dicit, iam ego scio aliam causam supple quam ignorantiam diuine prouidentie vel maximam causam tui morbi: et tu desisti id est cessasti nosse id est noscere quid sis.

Scio: et id me esse confiteor. Philosophia. Et illa: Nil te aliud esse nouisti? Boe. Nihil. Philosophia. Jam scio inquit morbi tui aliam vel maximam causam quid ipse sis nosse desisti. Quare plenissime vel egritudinis tue rationem vel aditum reconciliande sospitatis inueni. Nam quoniam tui obliuione confunderis: et exulem te et expoliatum propriis bonis esse doluisti: quoniam vero quis sit rerum finis ignoras: nequam homines atque nepharios potentes felicesque arbitraris. Quoniam vero quibus gubernaculis mundus regatur oblitus es: has fortunarum vices estimas sine rectore fluitare: magne nõ ad morbum modo verum ad interitum quoque cause. Sed sospitatis auctori grates: quod te nondum totum natura

¶ Nota. licet homo sit mortale secundum corpus non tamen secundum animam intellectiuam: que est dignior pars hominis. Et quia Boetius dixit se esse nihil aliud quam animal rationale et mortale. ideo non quesiuit nisi bona mortalia: de quorum bonorum amissione doluit non curans partem immortalem scilicet animam rationalem: cuius debuit appetere bona immortalia ideo philosophia dicit quod Boet. se non nouerit. ¶ Nota quod causa maxima morbi hominis est seipsum ignorare: quia dicit Boetius secundo huius prosa quinta quod conditio humane nature est cum se se cognoscat quod ceteras res excellat. Eum autem nosse se desierit eadem natura infra bestiam redigatur. nam ceteris animantibus sese ignorare naturaliter est: hominibus vero vicio venit. et dicit Themistius super de anima. Quid turpius est anime cum sit et aliorum cognoscitiua quam sui ipsius est ignara. Animam seipsam ignorans quomodo de aliis fida putabitur cognoscitiua: quasi diceret nullo modo. ¶ Quare plenissime. Hic philosophia ex dictis Boetii recolligit omnes causas totius infirmitatis eius dicens. Quare igitur ego philosophia inueni plenissime et perfectissime rationem id est causam tue egritudinis id est infirmitatis: vel inueni aditum id est accessum reconciliande sospitatis id est recuperande sanitatis tue. quod declarat. Nam pro quia quoniam tu confunderis id est cõfusus es obliuione id est ignorantia tuiipsius: tu doluisti te esse exulem quod pro et expoliatum id est priuatum propriis bonis id est diuitiis. quoniam pro quia tu ignoras .i. nescio quid sit finis omnium tu arbitraris .i. putas nequam id est malos atque pro et nepharios .i. iniquos homines esse potẽtes: atque pro et felices. Quoniam pro quia tu oblitus es quibus gubernaculis .i. regiminibus ipse mundus regatur: tu estimas id est opinaris: has vices id est istas alternationes fortunarum id est rerum fortuitarum: fluitare id est vagari sine rectore: iste sunt magne cause: non modo .i. non solum ad morbum: verum pro sed sunt ad interitum id est ad mortem vel ad perditionem anime. ¶ No. homo seipsum ignorans extra limites recte rationis positus est: et talis dicitur exul vt prius visum est. ¶ No. homo seipsum ignorans tamen se estimando esse mortalem dolet de amissione rerum mortalium. ergo dicit philosophia: quia in obliuione confunderis: exulem te et expoliatum propriis bonis doluisti. ¶ No. ex assecuratione vel perditione vltimi finis homo dicitur potens vel impotẽs ex quarto huius. quia ergo Boe. ignorauit vltimum finem rerum, ideo putabat malos esse potentes. ¶ Nota Boetius ignorauit quibus gubernaculis mundus regeretur: id est ignorauit quod deus sua bonitate omnia disponeret; et ergo putabat vices fortunarum esse sine rectore

Metrum septimum.

¶ Sed sospitatis auctori grates. Hic philosophia ostēdit Boetium esse curabilē dando modum procedendi circa curationē ei⁹ dicēs. Tu des grates auctori sospitatis .i. sanitatis: q̄ nondū .i. non adhuc natura .i. vigor naturalis destituit .i. deseruit te: totum .i. totaliter: nos phia habemus maximū fomitem .i. radicem tue salutis .i. sanitatis .s. veram sententiam .i. intellectum de mūdi gubernatiōe: q̄ tu credis eā sup. gubernationē, non esse subditā .i. subiectam temeritati casuum sup. fortitorū sed diuine rationi. igitur nihil pertimescas iam tibi Boetio ex hac minima scintillula .i. parua veritate illuxerit vitalis calor .i. ardor mere veritatis aliqn viuificans. Tūc dat modū pcedendi circa curationē eius dicēs. Sz q̄ñ pro q̄: nondū .i. non adhuc ē temp⁹ firmioribus remedijs vti: et cōstat .i. manifestū est eam esse naturā mentiū: vt quotiens abiecerint veras opiniones: induantur .i. inuoluātur falsis opinionibus, ex quibus falsis opinionibus: caligo .i. obscuritas ꝑturbationū .i. passionū: orta .i. creata cōfudit illum verū intuitum .i. cognitionē mētis. ego sup. phia tentabo attenuare id est remouere paulisper .i. modicum hanc caliginem lenibus .i. facilibus: q̄z pro et mediocrib⁹ fomētis .i. medicinis: vt dimotis .i. remotis tenebris fallacium affectionum .i. falsarū opinionū vl' passionū: possis cognoscere .i. intelligere: splēdorē .i. claritatem: vere lucis id est lucide veritatis. ¶ No. sicut in morbo corporali vigente principali mēbro puta corde pōt p medicinas introduci sanitas alijs mēbris. sz naturali calore destituente ipm cor frustratur spe sanitatis sic in morbo spūali manente in Boetio cognitione illius principij q̄ deus gubernet mundum: potest procurari salus q̄ntum ad errorem in alijs. ergo dicit philosophia quasi ꝯgratulando Boetio. Debes reddere grates auctori sospitatis. ¶ Nota q̄ñ intellectus abijcit veram opinionem statim afficitur falsa opinione: quia intellectus non abijcit veram opinionem nisi propter aliquā persuasionē per contrarium: nihil autem contrariatur vero nisi falsum: ideo intellectus non potest abijcere verū nisi accipiendo falsum. ¶ Nota tenebre affectionum impediūt rectū iudicium: q̄z tristicia stupefacit et corrūpit naturam: ex ethicis. sed amor et odium peruertunt iudicium sm Ptholomeū in centilogio. Ire et cōcupiscentie venereorum maxime transmutant corpus et quibusdam insanijs insiciunt: septimo ethicorum.

destituit. Habemus maximum tue fomitē salutis: veram de mundi gubernatione sententiam: q̄ eam non casuum temeritati: sed diuine rationi subditam credis. Nihil igitur pertimescas. Jam tibi ex hac minima certe scintillula vitalis calor illuxerit. Sed quoniam firmioribus remedijs nondum tempus est vti: et eam mentium constat esse naturam: vt quotiēs abiecerint mentes veras: falsis opinionibus induātur: ex quibus orta perturbationum caligo verum illum confundit intuitum. Hanc paulisper lenibus mediocribusq̄z fomentis attenuare tentabo: dimotis fallacium affectionum tenebris: splendorē vere lucis possis agnoscere.

¶ Metrum septimum primi libri.

Nubibus atris Condita nullum
Fundere possunt Sydera lumen.

Impedit ira animum ne possit cernere verum. Sm Cathonem.

¶ Metrum septimum primi libri.

Nubibus atris ⁊c. Hic incipit septimū et vltimū metrū libri⁹ primi qđ vocatur metrum adonicū ab inuentore: dimetrū a numero pedū: dactilicum a pede predominātē: in quo metro phia ꝓbat p exempla qđ dicit. dicit enī phia q̄ caligo perturbatiōnū impedit intuitum veritatis. Et primo probat phia tribus exēplis. secūdo hortatur nos ad

fugam perturbationũ:ibi.Tu quoq3 vis.prima in tres fm'tria exẽpla patebit. Dicit pmo. Sydera cõdita.i.abscondita atris nubibus id ẽ obscuris nubibus nullũ lumen possunt fundere ad. illuminãdum terrã.tunc ponit secundũ exẽplum. Si turbidus auster.i.obscurus vẽtus:voluẽs id ẽ mouẽs mare:misceat.i.cõmisceat cum sceno quod est in fundo:estũ maris.i.feruorem:tunc vnda maris dudum.i. prius vitrea id ẽ transparens ad modũ vitri:par id ẽ silis.serenis.i.claris diebus: mox.i.stati sup. illa aqua

Si mare voluens Turbidus auster
Misceat estum Vitrea dudum
Parq3 serenis Unda diebus
Mox resoluto Sordida sceno
Uisibus obstat. Quiq3 vagatur
Montibus altis Defluens amnis
Sepe resistit Rupe soluti
Obice saxi. Tu quoq3 si vis
Lumine claro Cernere verum
Tramite recto Carpere callem:
Gaudia pelle: Pelle timorem:
Spemq3 fugato: Nec dolor assit:

facta sordida per flatum venti resoluto sceno.i.eleuato luto:obstat id ẽ resistit:visibus.i.oculis non potentib' penetrare vndas maris. Tunc ponit tertium exẽplũ. Amnis i.fluuius qui de altis montibus vagatur.i.discurrit:ille sepe resistit.i.reflectitur: obice.i.obiectione: soluti saxi.i. rupti lapidis:rupe.i.de monte. ¶ No. siñtudo quã ptẽdit pbia ẽ ista. Sicut sydera ꝯsueta nob lucere ⁊ terrã illũiare cessant h facere ,ppt iterpositionẽ nubiũ obscurarũ:sic intellect' ⁊ rõ q̃ lucẽt ⁊ illuminãt hoĩe3 ĩ cognitiõe ꝟitatꝫ ĩpediunt caligine ptũrbationũ. ¶ No. ꝙ siñtudo scdi exẽpli in h ꝯsistit. Sicut aq̃ maris manẽte clara ad modũ vitri visus põt eã penetrare ⁊ videre q̃ sunt sub aq̃:ꝫ sitũ baꝛ illa p vẽtum tunc obstat visui. sic aĩmus hoĩs q̃etus nõ ĩpedit iudiciũ rõnis:ꝫ si moueat et turbet affectiõe ⁊ paliũ:stati obsistit i õni ĩpediẽs ei' iudiciũ. ¶ No. ꝙ siñtudo tertij exẽpli talis ẽ. Sicut aq̃ currẽs de altꝫ mõnb' libere recto tramitte ,pcedit: ⁊ p obstaculũ lapidis q̃ resoluit d monte ĩpedit ne recte ,pcedat. sic rõ libera nõ ĩpedita recte iudicat. si aũt rõ afficit motib' affectuũ: ĩpedit ĩ iudicio ⁊ veritatꝫ cognitõe. ¶ No. ꝙ rupes ẽ moles lapidea siue mõs lapideus: ꝫ saxũ est ps resoluta a rupe i.a mõte. ¶ Tu q̃ si vis. Hic pbia hortaꝛ ad fugã pturbatiõnũ siue affectionũ animi dicẽs. Si tu vis cernere.i. videre vꝉ iudicare verũ.i. ꝟitatẽ:claro lũie.i. vera cognitõe: ⁊ si vis etiã carpere.i. attingere callẽ.i. viã veritatꝫ:recto tramite.i. ,pcessu rõnis:tũc tu pelle.i. repelle gaudia sup. q̃ sunt de bonis pñtib': ⁊ pelle.i. remoue a te timorẽ sup. de futuro malo: ꝗ,p ⁊ tu fugato spẽ sup. q̃ ẽ de bona fortuna: nec etiã assit dolor sup. q̃ est de pñti amissione bonoꝝ sup. q̃ mẽs ẽ nubila. i. obscura velopta: ꝗ ⁊ vincta.i. ligata: frenis.i. ligaminib'. vbi in q̃ mẽte h sup. pdicta regnãt.i. dñantur.s. gaudiũ de pñtibus bonis. timor de futuro malo. spes de futuro bono. dolor de pñti malo. ¶ No. sicut prius tactũ ẽ: affectio ẽ mot' pticule sensitiue sub fantasia boni vel mali aĩm afficiẽs: et rectũ rõnis iudiciũ ĩpediẽs. Et sunt q̃ttuor affectõẽs tales pncipales ad q̃s oẽs alie reducũtur.s. gaudiũ. spes. timor ⁊ dolor. quaꝝ sufficiẽtia sic accipit. Oĩs passio vel ẽ respectu boni vel mali. Si respectu boni h dupliciꝛ. vel respectu boni pñtis: sic ẽ gaudiũ qd ẽ de pñti bono. Si est respectu boni absentis: sic ẽ spes q̃ ẽ de futuro bono. Si aũt passio ẽ respectu mali h dupliciꝛ. vel respectu mali pñtis: sic ẽ dolor q̃ ẽ d pñti malo. si ẽ respectu mali absentꝫ ẽ timor q̃ est de futuro malo. ¶ No. ꝙ iste passiones nõ sunt pellẽde vt nõ sint in aĩo hoĩs q: vix inueniꝛ hõ sine ipsis. ꝫ sic sunt pellẽde vt nõ dñentur ĩ hoĩe. Unũ sedare hoĩ passiones vt nõ dñentur est hoĩs ꝟtuosi: q: ꝟtus ꝯsistit in moderatõe passionũ. Si aũt regnãt ⁊ dñentur ĩ hoĩe: tũc ĩpediũt iudiciũ rõnis. propter qd dicit Eustratius sup libro ethicoꝝ. op3 reluctari ꝯtra passiões sensitiuas: q̃ si puale erunt ĩpediũt vires aĩe. ¶ No iste passiones ⁊ affectõẽs si ordinãtur ad t'rena tũc sunt nociue. attamẽ possunt esse meritorie ⁊ ꝟtuose si fuerunt ad debitos fines ordinate. Unũ Richardus in .xij. libro.xij. p'iar

Philosophia. Eiusq rei pedum officium esse natu/rale nō dubitas? Boe. Nec hoc quidem inquā. Philo/sophia. Si quis igitur pedibus incedere valens am/bulet: aliusq cui hoc naturale pedum desit officium manibus nitens ambulare conetur: quis iure horum valentior existimari potest? Boet. Contexe inque cete/ra. nam qui naturalis officii potens eo qui idem ne/queat valētior sit nullus ambigat. Philosophia. Sz summum bonum quidem eque malis bonisq propo/situm: boni quidem naturali officio virtutum petunt: mali vero variam per cupiditatem quod adipiscen/di boni naturale officium non est: id ipsum conātur ad/ipisci. An tu aliter existimas? Boeti. Minime inque. Nam etiam quod est consequens patet. Ex his enim que concesserim bonos quidem potentes: malos ve/ro esse necesse est imbecilles. Philosophia. Recte in/quit precurris. Idq3 vti medici sperare solent iudici/um ē erecte iam resistentisq nature. ¶ Sed qm̄ te ad intelligendū promptissimū esse cōspicio: crebras coa/ceruabo rationes. Vides enim quanta viciosorum ho/

naturalis boni non habet contrarium repugnans quo vincatur. sed tamen per ignorantiam et errorem viciorum perueniunt: et ita aliquo modo vincitur; licet non directe. ¶ Considera vero quanta. Hic philosophia ponit secundam rationem: et dicit. Considera ex his que dicam quanta impotentia habeat sceleratos homines. Neque enim petunt premia leuia et ludicra id est iocosa, que consequi atque obtinere non possunt id est nequeunt; sed ipsi deficiunt circa ipsarum rerum summam id est perfectionem atque verticem. Nec contingit ipsis miseris effectus boni in eo id est propter hoc quod ipsi moliuntur id est laborant acquirere dies: quod pro et noctes id est transitoria et temporalia bona. ¶ Nota ex littera formatur talis ratio. quanto maius est illud a quo aliquis deficit: tanto maior est suus defectus et in maiorem impotentiam cadit. sed illud a quo mali deficiunt non est quid vile et modicum sed est summum bonum: ergo malorum maxima est impotentia. ¶ In qua re bonorum. Hic philosophia ponit tertiam rationem probando bonos maxime esse potentes per tractando exemplum supra positum: et ex hoc concludit malos maxime esse impotentes: et dicit. In qua re: scilicet assuetudini boni desiderati eminent vires bonorum supple et vires malorum. Sicut enim censeres id est iudicares esse ambulandi potentissimum: qui pedibus incedens potuisset peruenire usque ad eum locum quo vlterius nihil peruium id est manifestum iaceret incessui: ita necesse est quod eum iudices potentissimum qui apprehendit finem expetendorum quo nihil amplius est vltra. Tales autem sunt boni. et quo fit id est sequitur quod huic obiacet. i. contrarium est: vt ijdem scelesti mali videantur deserti omnibus viribus. ¶ Notandum quod sicut viator aliquis dicitur potens cum ambulat ad eum locum vbi nihil amplius restat de via, sic boni quando perueniunt ad finem et ad bonum quod transcendi non potest. ideo dicuntur potentes; mali autem quia ipsum attingere non possunt dicuntur impotentes. ¶ Cur enim relicta virtute. Hic philosophia ponit quartam rationem. Secundo excludit quandam dubitationem: ibi. Quod quidem. Ratio quam intendit in summa est ista. Mali quando relicta virtute declinant ad vicia: aut sciunt bonum esse adherere virtuti aut nesciunt. Si nesciunt peccant per ignorantiam. Nihil autem est impotentius ignorantia. ergo mali peccantes ignorantia sunt impotentes. si autem sciant bonum esse adherere virtuti et declinant ad vicia: aut volentes derelinquunt bonum: aut non. si non volentes sed attracti libidine passionum conuertuntur ad vicia sequitur quod sint impotentes. quia maxima impotentia est non posse resistere passionibus. si autem sciens

minum pateat infirmitas: qui nec ad hoc quidem peruenire queunt ad quod eos naturalis ducit ac pene compellit intentio. Et quid si hoc tam magno ac pene inuicto preeuntis nature desererentur auxilio. ¶ Considera vero quanta sceleratos homines habeat impotentia: neque enim leuia aut ludicra premia petunt que consequi atque obtinere non possunt: sed circa ipsam rerum summam verticemque deficiunt: nec in eo miseris contingit effectus quod solum dies noctesque moliuntur. ¶ In qua re bonorum vires eminent. Sicut enim eum qui pedibus incedens ad eum locum vsque peruenire potuisset quo nihil vlterius peruium iaceret incessui ambulandi potentissimum esse censeres: ita eum qui expetendorum finem quo nihil vltra est apprehendit potentissimum necesse esse iudices: ex quo fit quod huic obiacet: vt ijdem scelesti viribus omnibus videantur esse deserti. ¶ Cur enim relicta virtute vicia sectantur: inscitiane bonorum? sed quid eneruatius ignorantie

tes ꝛ volentes relinquūt bonum: sequitur ꝙ non sunt tantum impotētes sed etiam ꝙ oīno nō sunt. Cū enī oīs natura in q̄tum huiusmodi habeat ordinem ad finem: inquantū aliquid desistit ab ordine ad finem intantū deficit a natura: ꝛ per consequens ab esse ipsius nature. istaꝫ ratione ꝑtendit in littera di. Cur enī relicta virtute mali sectatur vicia: ue pro nūquid hoc est ex inscitia .i. ignorantia bonoꝝ. sed q̄d est enei natius .i. debilius cecitate ignorantie. q.d. nihil. An ipsi nouerūt sectāda bona sed eos trāsuer-

cecitate? An sectanda mouerunt: sed transuersos eos libido precipitat. Sic quoqꝫ intemperantiā fragiles sunt qui obluctari vicio nequeunt. An scientes volentesqꝫ bonum deserunt: ad vicia deflectuntur. sed hoc modo non solum potentes esse: sed omnino esse desinunt. Nam cōmunē omniū que sunt finem relinquūt pariter quoqꝫ esse desistūt. ¶ Quod quidē cupiā mirum forte videatur: vt malos qui plures hominū sunt eosdem non esse dicemus: sed ita sese res habet. Nam qui mali sunt eos malos esse non abnuo: sed eosdem esse pure atqꝫ simpliciter nego. Nam vti cadauer hominem mortuum dixeris: simpliciter vero hominem appellare non possis: ita viciosos malos quidem esse concesserim: sed esse absolute nequeam confiteri. Est enim quod ordinem retinet. Seruatqꝫ naturaꝫ. Qd vero ab hac deficit esse: etiam quod in sui natura si-

sos libido .i. cōcupiscentia ꝑcipitat in vicia: ꝛ sic ipsi fragiles intēperātia .i. ꝑpter intemperantiā libidinis: nequeūt .i. nō possunt vicio obluctari .i. resistere. An scientes ꝛ volentes deserunt bonū ꝛ deflectūtur ad vicia voluntate ꝛ sciā. sed hoc modo nō solū potentes esse desinunt: sed omnino desinunt esse. cui⁹ assignat rationem. nam qui relinquūt cōmunem finem oīm que sunt: scꝫ deū qui est ipm esse: pariter esse desistunt. ¶ Notandū ꝙ primū ens verissime habet eē. ipsum enī est causa esse omibus vt sint: vt pꝫ per cōmentatorē .ij. methaphi. et primo celi ꝛ mūdi. Ab hoc enī deriuatum est singulis esse ꝛ viuere. quanto ergo magis ꝑ vicia recedūt a pmo esse: tanto magis desinunt esse. Unde btūs Greg. in libro moralium loquēs de diabolo di. ꝙ diabolus bene dicitur non esse: quia a sūma essentia recessit. et per hoc quotidie ex crescēte defectu tendit ad non esse: quoniā ab eo qui verum est esse cecidit. ¶ Nota ꝙ phīa tres assignat causas ex quib⁹ oē pctm̄ procedit. Omnis enim peccans vel peccat ex ignorantia: ꝛ hunc modū primo tangit. vel peccat ex impotentia resistendi: ꝛ istum scdo tangit. vel ex volūtate ꝛ malicia: ꝛ illorum modum qua gra

uiorem vltimo ponit. ¶ Quod quidem cupiam. Hic philosophia excludit dubitationeꝫ. aliquis enī dubitaret quomodo aliquis posset esse malus ꝛ tamen dici non esse. hoc excludit phīa di. Omīꝫ forte videatur cupiam .i. altan vt malos qui plures sunt hominū dicamus eosdeꝫ non esse: sed ita res sese habet ꝙuis mirum videatur. Nam qui sunt mali eos esse malos non abnuo id est nego: sed simpliciter et pure eosdem esse nego. Nam vti pro sicut cadauer hominem mortuū dixeris: simpliciter autē hominē appellare non possis, ita viciosos malos esse concesserim: sed nequeam confiteri ipsos absolute esse sine determinatione distrahente. ꝛ replicat causam prius dictam di. Solum enī est illud quod ordinem recte seruatqꝫ naturam. quod autē ab hac natura ꝛ ab ordine deficit: etiam quod in sui natura situꝫ est derelinquit. ¶ Notandū ꝙ malum est determinatio distrahens sicut ꝛ mortuū. Unde sicut concedendum est cadauer hominis esse hominē mortuū: non tamen simpliciter concedendū est cadauer esse hominē. sic quēcunqꝫ malum concedendū est esse malum: non tamen simpliciter concedendū est ipsum eē. vnde sicut patebit tertia prosa: homines conuersi in maliciam humanā amiserunt naturam: ergo per ma

tum est derelinquit. ¶ Sed possunt inquies mali ne ego quidem negauerim: sed hec quidem eorum potētia nō a viribus: sed ab imbecillitate descendit. Possunt etiam mala que minime valerent si in bonorum efficientia manere potuissent. Que possibilitas eos euidentius nihil posse demonstrat. ¶ Nam sicuti paulo ante collegimus malum nihil est: cum mala tantū modo possint nihil posse improbos liquet. Boe. Perspicuum est. Phia. ¶ Atq͡ꝫ vt intelligas quenā sit huius potētie vis: summo bono nihil potentius esse paulo ante diffinimus. Boeti. Ita est inquā. Phia. Sed idem inquit facere malum nequit. Boeti. Minime. Phia. Est igitur inquit aliquis qui omnia posse homines putet? Boe. Nisi qui insaniat nemo. Phia. At qui idem possunt mala? Boeti. Utinam quidem inquā non possent. Philosophia. Cū igitur bonorū tantum

liciam homines desinūt esse quod fuerant. ¶ Sed possunt inquies mali. Hic philosophia excludit dubitationem contingentē circa principale ꝓpositum. Ostensum enī est ꝙ mali sunt impotentes. Aliquis dubitaret quomō hoc verum sit: cum tamen consuetum sit dicere ꝙ mali possint. hoc soluit phia. Secundo ostendit ꝙ potentia malorꝫ nulla sit: ibi. Nā sicuti. di. pmo. O Boe. tu inquies obijciendo ꝯtra ꝑdicta ꝙ mali possunt scdm consuetū modū loquēdi. Respondet phia. Ego nō quidē negauerim quin mali possunt: sed hec potētia eorum nō descendit a viribus: sed ab imbecillitate. i. a fragilitate. qd declarat: quia mali possunt quedam mala que minime valerent id est possent: si potuissent manere in efficientiā corꝫ bonorꝫ. i. si efficiētia malorꝫ esset talis qualis illa quam habēt boni: que potissima est vt patet ex dictis. Que possibilitas malorꝫ qua possunt mala demonstrat eos euidentius nihil posse. ¶ Notandū ꝙ dicit malos minime posse mala si ꝑmaneant in efficiētia bonorꝫ. ex quo videtur ꝙ boni non possunt facere malū: nec per cōsequens peccare: quod falsuꝫ est: cum iustus septies in die cadat: et fortior resurgit scdm scripturam. Ad hoc dicenduꝫ ꝙ boni non possunt facere maluꝫ ex electione recte rationis que semper deꝑcatur ad optima: licet de potentia absoluta possunt facere malum. inquātum tamē potentia corꝫ ꝯiungitur voluntati et electioni: quia eligūt bonū et non malū: sic dicunt nō posse facere malum. ¶ Nam sicuti paulo ante. Hic probat ꝙ potētia malorꝫ nulla sit triplicit. Secūda ibi. Atq͡ꝫ vt itelligas. Tertia ibi. Huc accedit. Primo dicit vti pro sicut colligim⁹ paulo ante malum [illegible] est et mali tantuꝫ possunt mala: ex hoc liquet improbos nihil posse. et di. Boe. perspicuum est. ¶ Notandum ꝙ ratio sic formatur. posse malum est posse nihil cum malum nihil sit: sed mali tantum possunt mala: ergo possunt nihil. et per consequens nulla eorum est potentia. ¶ Notandum de hoc ꝙ malum nihil sit visum est p[illegible]us. et dicit beatus Augustinus. Cum vniuerse nature per verbum dei facte sint: iniquitas per ipsum facta non est: quia iniquitas nulla substantia est et peccatum non est natura: sed vicium nature appetentis illud quod non est sui ordinis. ¶ Atq͡ꝫ vt intelligas quenam sit huius. Hic probat idem alio modo. di. O Boeti. quenam sit vis huius potentie qua mali dicuntur posse: sic considera ex dicendis. nos paulo ante diffinimus nihil esse potentius summo bono scilicet deo. Ita est. dicit Boetius. Et philosophia. Sed idem scilicet summum bonum nequit id est. non potest facere malum. Minime dicit Boetius. Et philosophia. Est igitur aliquis qui putet homines omnia posse. Nemo dicit Boeti. nisi qui insaniat. et idem homines possunt mala facere: vtinam quidem non possent dicit Boeti. igitur philosophia arguit. Cum igitur tantummodo potens bonorum possit omnia: non autem queant id est possunt omnia potentes

modo potens possit omnia: non vero queant omnia potentes, etiam malorum: eosdem qui mala possunt minus posse manifestum est. ¶ Huc accedit ꝙ omnem potentiam inter expetenda numerandam: omniaqꝫ expetenda referri ad bonum velut ad quoddam nature sue cacumē ostēdimus: sed patrandi sceleris possibilitas referri ad bonum non potest. Expetenda igitur non est: omnis potentia expetenda est. Liquet igitur maloꝝ possibilitatem nō esse potentiā. ¶ Ex quibus omnibus bonorum quidem potentiam malorū vero minime dubitabilis apparet infirmitas. Veramqꝫ illam platonis esse sententiam liquet: solos quod desiderāt posse facerere sapientes: improbos vero explere quidem quod libeat: quod vero desiderant explere non posse: faciunt enim que libet dum p ea quibus delectantur id bonum quod desiderant se adepturos putāt: sed minime adipiscuntur quoniaꝫ ad beatitudinem probra non veniunt.

malorum: manifestum est eosdem minus posse, qui mala possunt. ¶ Nota ꝙ posse mala magis arguit impotentiam ꝙ potentiam: quia si argueret potentiam tunc deberetur omnipotentissimo scilicet deo quod falsum est. Unde potest argui ex littera sic. Deus potest omnia et non potest maluꝫ: mali nō possunt omnia et possunt malum: ergo posse malum magis arguit impotentiam ꝙ potentiam. ¶ Huc accedit. Hic probat idem tertio modo dicens. huc accedit ꝙ omneꝫ potentiaꝫ esse numerandam inter expetenda ꝛ omnia expetenda id est desideranda referri ad bonum velut ad quoddam cacumen id est ad perfectionem sue nature. sed possibilitas id ē potentia patrādi sceleris id est faciendi malum non potest referri ad bonū igitur expetenda non est. omnis autem potentia expetenda est. liquet igitur possibilitateꝫ id est valentiam sive potētiam malorum non esse potentiam. ¶ Notanduꝫ ꝙ ratio sic potest formari et littera. Omnis potentia q̄ est potentia natiua est appetenda et refertur ad bonuꝫ: ergo potentia mali non ē potentia. ¶ Ex quibus omnibus bonorum quidem potentiam malorum. Hic ex dictis concludit conclusioneꝫ principalem confirmando eam auctoritate Platonis dicēs. Ex quibus iam declaratis apparet minime dubitabilis potētia bonorum: et infirmitas malorū: qꝫ pro et liquet veram esse illam sētentiam Platonis: solos sapientes posse facere quod desiderāt Improbos vero explere posse quod libeat id est quod libidini placeat: quod vero desiderant rationali appetitu malos explere non posse. faciūt enim supple mali que scilicet libido: libet id est expetit dum putant se adepturos bonum quod desiderant per ea quibus delectantur. Sꝫ minime adipiscuntur quoniam probra id est vicia vel homines viciosi non veniunt ad beatitudinem. ¶ Notandum ꝙ desideriū est appetitus rationalis: libitum autem spectat ad appetitum sensualem. licet ergo mali affectent beatitudinem appetitu rationali: tamen quia faciunt quodlibet sequentes appetitum sensitiuum: ideo ad beatitudinem non perueniunt. sapientes autem qui contemnunt delectationes sensuales et nituntur in tellectualibus: ipsi sunt qui perficiunt animam suam sciētia sui creatoris qui de nihilo fecit eus vt scribitur in libro de pomo. Anima non tristabitur neqꝫ turbabitur cum recedit a corpore: vt scribitur in eodem libro.

¶ Metrum secundum quarti libri.

Quos vides sedere celso. Istud est metrum secundū huius quarti. et ē metrum mixtū primum dicitur alemanicū ab inuentore: trochaicum a pede predominãte. secundum dicitur ferecratium ad inuentore: spondaicum a pede predominante. In quo metro phia ostendit quō potentia malorum sit considerāda: in quibus maxime videtur esse sicut sunt reges et principes. et dicit incipiendo constructionē in septimo versu. Si q̄s detrabit. i. remoueat p considerationē et intellectum tegmina. i. tegumina vani cultus exterioribus superbis regibus quos reges vides sedere celso culmine i. altitudine solij. i. cathedre: quos vides claros purpura nitēte: septos i. circundatos armis tristibus. i. cōtristantibus. Reges inq̄ cōminētes. i. minas īponētes miseris: toruo ore. i. crudeli aspectu: anhelos. i. cupidos vel festinos: rabie cordis. i. crudelitate mortis. Iam videbit dn̄os tales ferre intus i. in aīa artas cathenas. i. vincula viciorum: qđ manifestat subdens. Hinc enim. i. ex vna parte: libido id ē concupiscentia versat. i. precipitat corda talium tyrannorū auidis venenis. Hinc id est ex alia parte: ira turbida flagellat id est punit mentem ipsorum: ira inq̄ tollēs id est excitās: fluctus id est disturbia: aut captos infortunio aliquo meror ipsos fatigat: aut spes lubrica. i. vana torquet. Cum ergo cernas vnū caput id est vnum principē ferre. i. sustinere tot tyrãnos id ē passiones tyrānisantes: ipse pressus iniquis dominis id est vicijs dominātibus nō facit qđ optat. ¶ Nota ꝙ intentio philosophie est dicere si quis visu posset penetrare corda principū quos videt sedere in altis solijs ornatos claris indumentis habentes arma terrētia: toruo vultu respiciētes miseros: statim visu cognosceret ligatos multis cathenis insolubilibus passionibus ire spei timoris: et sic ligati passiōibus non faciunt quod optant: et per consequens sunt impotentes. ¶ Notādum quođ dicit ꝙ homo pressus iniq̄s dominis id est vicijs dominātibus non facit quod optat. dicit beatus Augu. in libro de ciuitate dei. Bonus etiam si seruiat liber est: malus autē si regnat seruus est. Nec vnius hoīs: sed qđ grauius ē tot dn̄orum seruus ē quot viciorum.

¶ Metrum secundum quarti libri.

Quos vides sedere celso
Solij culmine reges
Purpura claros nitente
Septos tristibus armis
Ore toruo comminãtes
Rabie cordis anhelos
Detrahit si quis superbis
Vani tegmina cultus
Iam videbit intus artas
Dominos ferre cathenas:
Hinc enim libido versat
Auidis corda venenis:
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens:
Meror: aut captos fatigat:
Aut spes lubrica torquet.
Ergo cum caput tot vnum
Cernas ferre tyrannos
Non facit quod optat ipse
Dominus pressus iniquis.

¶ Prosa tertia quarti libri.

Video ne igitur. Ista est prosa tertia huius quarti in qua ostendit philosophia malis nunquam deesse supplicia: et bonis nunquam deesse premia. Et primo philosophia continuando se ad precedentia primo premittit intentum suum. secundo prosequitur intentum: ibi. Rerum etenim. Primo dicit sic. Video ne igitur o Boe. in quanto ceno id est in quanta vilitate impotentie voluantur probra id est homines probrosi et viciosi. video etiam qua luce id est quanta claritate potentie resplendeat probitas virtuosorum hominum. in quo sicut in suo antecedente perspicuum est hoc consequens scilicet nunquam bonis premia nunquam sceleribus id est hominibus sceleratis deesse sua supplicia. ¶ Notandum quod mali dicuntur volui in ceno: quia mali et maxime libidinosi suibus assimulantur sicut postea patebit: qui a voluuntur in ceno sicut illos. Sus magis in ceno gaudet quam fonte sereno. De quibus dicit scriptura. Perierunt iumenta in stercore suo probi autem luce resplendent: quia virtus et probitas vltra humanam naturam hominem provehit et dijs assimilat. ¶ Rerum etenim que geruntur. Hic philosophia prosequitur intentum. et probat primo quod bonis nunquam desint premia. Secundo ostendit quid sit illud premium: ibi. Ad cuius premij. Primum probat duabus rationibus. secundam ponit ibi. Postremo. prima ratio talis est. Omnis res propter quam geritur est premium illius rei que geritur: sed propter bonum omnia fiunt et geruntur: ergo bonum est premium omnium que geruntur. sed bonum a bonis separari non potest: quia iam non essent boni: ergo bonis nunquam desunt sua premia. vnde dicit in littera.

¶ Prosa tertia libri quarti.

Vides ne igitur: quanto in ceno probra voluantur: vides qua probitas luce resplendeat. In quo perspicuum est nunquam bonis premia: nunquam sua sceleribus deesse supplicia. ¶ Rerum etenim que geruntur illud propter quod vna queque res geritur: eiusdem rei premium esse non iniuria videri potest: vti currenti in stadio propter quam curritur iacet premium corona. Sed beatitudinem esse idipsum bonum propter quod omnia geruntur ostendimus. Est igitur humanis actibus ipsum bonum veluti premium commune propositum: atqui hoc a bonis non potest separari. neque enim bonus vltra iure vocabitur qui careat bono: quare probos mores sua premia non relinquunt. quantumlibet igitur seuiant mali sapienti: tamen corona non decidet: non arescet. neque enim probis animis proprium decus aliena

Rerum que geruntur id est fiunt: illud propter quod vna queque res geritur id est fit illud videri potest non iniuria esse premium illius rei. hoc declaratur exemplariter. vt curenti in stadio id est in aliquo spacio: corona est premium propter quam curritur. sed ostendimus prius beatitudinem esse idipsum bonum propter quod omnia geruntur: ergo ipsum bonum est veluti commune premium actibus humanis propositum: sed hoc bonum non potest separari a bonis. Non enim iure vocabitur bonus qui careat bono: quia probos mores id est homines bene morigeratos non relinquunt sua premia. Quantumlibet ergo seuiant mali contra bonos: tamen sapienti non decidet corona id est premium nec arescet id est minuetur: quia aliena improbitas non decerpit id est non aufert proprium decus probis animis. quod si boni accepto premio extrinsecus letarentur poterat hoc aliquo auferre ab eis: vel saltem ille qui contulisset. sed quoniam pro qua illud premium sua probitas vnicuique confert. tunc quilibet carebit suo premio cum

na decerpit improbitas: ꝙ si extrinsecus accepto le-caretur poterat hoc vel alius quispiam vel ipse etiam qui contulisset auferre: sed quoniam id sua vnicuiq3 probitas confert: tum suo premio carebit cū probus esse desierit. ¶ Postremo cū omne premium idcirco appetatur quoniam bonū esse credatur: quis boni cō potē premij iudicet expertuz? ¶ At cuius premij oīm pulcherrimi maximiq3. Memento enim illius corre larij qđ paulo ante precipuum dedi ac sic collige. Cū ipsum bonum beatitudo sit: bonos omnes eo ipso qđ boni sunt fieri beatos liquet. Sed qui beati sunt deos eē cōuenit. Est igitur premiū bonorū qđ nullus dete rat dies: nulli⁹ minuat potestas: nullius fuscet impro-bitas deos fieri. ¶ Que cū ita sint de maloꝝ quoq3 īseparabili pena dubitare sapiēs nequeat. Nam cum

desierit esse probus. ¶ Notandum ꝙ consuetudo fuerat apud romanos currere in stadiū id ē in aliquo spacio quod vocabant stadium: et qui citius venit ad metam sustulit premium scilicet coronam vel a-liquid aliud sicut dicit apostolus. Nescitis ꝙ hi qui in stadio currunt omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium: sic currite vt apprehendatis. ergo hoc propter quod curritur est premiuz currentium ¶ Notandum ꝙ homo non potest carere premio: quia illud a quo homo denominatur bonus est vir-tus vel operatio virtuosa: quia sm Aristotelem. secundo ethicorum. Omis virtus erit vtiq3 habit⁹ ex quo hō fit bonus: ppt qđ dignitas virtutis est premium virtuose operātium: sed operās virtuose non potest priuari vir tute: ergo non potest carere suo premio. ¶ Notandum quantum cumq3 mali seuiant: tamē sapiē ti non decidet corona; quia sm Senecam. xiij. epistola ad Lucillum. Nunq̄ inualescet ad tantuz maliciam: neq3 ad tantum excedit contra virtutes: vt non nomen philosophie sacrum et venerabile permaneat. Et similiter est de malis et stultis respectu bonoꝝ et sapientum. ¶ Postremo cum omne premium. Hic ponit secundam rationez que talis est. Premium non habet rationem premij: sed bonus est compos boni ergo erit cōpos premij. dicit er-go in littera Postremo cum om-ne premium idcirco appetatur quia credatur esse bonum: quis iudicet compotem boni expertū esse premij. quasi dicat nullus. ¶ Nota ꝙ argumentum philoso phie simile est isti ac si argua tur homo non habet rationem homi nisi quia rationalis. quicum ꝙ igitur est rationalis est homo sic similiter premium non appetitur nisi quia bonum. qui ergo est compos boni est compos premij: sed bonus est compos boni: ergo non deest sibi premiuz. ¶ At cuius premij. Hic ostendit quid sit illud pre mium quod boni assequuntur scilicet maximum et optimum quod est fieri deos. vñ. di. At cuius premij scilicet boni non sunt expertes id est carentes. Respondit philosophia. Omnium pulcherrimi extimari ini premij. quod probat per quodam correlario supra declarato dicens. Memento correlarij illius qđ precipuum pauloante dedi: ac pro et sic collige id est ex illo correlario conclude. cum ipsum bonum sit beatitudo: liquet omnes bonos eo ipso ꝙ boni sunt fieri beatos: sed qui beati sunt eos conuenit esse deos. igitur premium bonorum est fieri deos: quod premium bonorum nullus dies deterat id est con sumat: nullius potestas minuet: nullius improbitas fuscet id est obfuscet. ¶ Nota ꝙ in ista deductione philosophia non accepit beatitudinem pro statu quem boni habituri sunt post hanc vitam: sed p ista tu beatitudinis qualis in hac vita haberi potest: quem homo consequitur per virtutes. vnde qui essen tialiter est bonus essentialiter est beatus et deus: et qui non est essentialiter bonus sed participatiue: hic etiam ē participatione beatus et deus. ¶ Que cum ita sint. hic ostendit phia ꝙ malis nunq̄ desunt sua supplicia. Secūdo ostendit quale sit illud suppliciū: ibi. Uides autem. Prima in duas secūdum duas rationes. secūda ibi. Jam vero. Primo dicit. Que cum ita sint. s. ꝙ boni nunq̄ carēt p̄mijs: sequitur ꝙ

sapiens nequeat id est non possit dubitare de inseparabili pena malorum. Nam cum bonum ⁊ malum pena atq₃ premium aduersa fronte dissideant id est opponantur ad inuicem: necesse est que in boni premio videmus accidere: eadē necesse est ꝙ respondeant contraria parte in pena mali. sicut igitur probis id est bonis ipsa ꝓbitas sit premiū: ita nequitia ipsa est improbis suppliciū. ¶ Notandum quādocūq₃ subiectis contrarijs insunt contrarie passiones: si vni subiectoꝝ ostēditur inesse sua passio: tunc per locum a contrarijs relinquitur quo subiecto assignatur inesse similiter sua passio. cum igitur bonum ⁊ malum sint diuersa subiecta: premiū ⁊ supplicium sint diuerse passiones: si ostenditur bonis non deesse premia: ostensum est malis non deesse supplicia.

bonum malumq₃: item pena atq₃ premium aduersa fronte dissideant: que in boni premio videmus accidere: eadem necesse esse est in mali pena contraria parte respondeant. Sicut igitur probis probitas ipsa sit premium: ita improbis nequitia ipsa supplicium est.

¶ Jam vero quisquis afficitur pena: malo se affectum esse non dubitat. Si igitur sese ipsi estimare velunt: possunt ne sibi supplicij expertes videri? Quosomnium malorum extrema nequitia non afficit modo: verumetiam vehementer inficit. ¶ Uide autem ex aduersa parte bonorum que improbos pena comitetur. Omne namq₃ quod sit vnum esse: ipsumq₃ vnum bonum esse pauloante didicisti. Cui consequēs est vt omne quod sit: id etiam bonum esse videatur. Hoc igitur modo quicquid a bono deficit eē desistit: quo fit vt mali desinant esse quod fuerant. Sed fuisse homines adhuc ipsa humani corporis reliqua species

¶ Jaz vero quisquis. Hic ponit secundam rationem que talis est. Pena non habet rationem pene nisi ex hoc quod malum est quoddam: ergo qui est affectus malo ipse est affectus pena: sed mali sunt affecti immo infecti malo: ergo sunt affecti pena: et per consequens supplicio. Unde dicit in littera. Jaz vero quisquis afficitur pena malo nō dubitet se esse affectum: cum supple pena non habeat rationem pene nisi quia mala. igitur si ipsi mali sese id est seipsos extimare velint: possunt ne sibi videri expres supplicij: quos malos omnium malorū extrema nequitia id est maxima in genere mali nō modo id est non tantummodo non afficit: verum pro sed etiam vehemēter inficit. q. d. nō. ¶ Notandum ꝙ sicut argumētum tenet sub hac forma. homo non est homo nisi quia est rationalis et homo: ergo qui est rationalis est homo. sic arguitur ī proposito. pena nō habet rationem pene nisi q: malum est quoddam. ergo qui est affectus malo est affectus pena: sed mali sunt affecti malo; ergo mali non deest malis: et per consequens supplicium. ¶ Uide autē. Hic philosophia ostendit quale sit premium malorum scz transformatio in bestialitatem. Secūdo ostendit quomodo per diuersa vicia homines trāsformātur in diuersas bestias: ibi. Auaricia. Primo dicit. Uide. O Bo. que pena comitetur improbos ex aduersa parte bonorum id ē per ꝯtrarium ad bonos. didicisti enim pauloāte in tertio libro: omne quod existit esse vnum. ⁊ didicisti vnum esse bonum: cui consequēs est vt omne quod sit etiā videatur esse bonum. igitur quicquid deficit a bono desistit esse. quo fit vt mali desinant esse quod fuerant: sed ipsa reliqua species humani corporis adhuc manens in eis ostentat malos fuisse homines. Quare conuersi in maliciā amisere humanam naturam. Sed cum sola probitas possit quemcūq₃ hominem prouehere vltra homines scilz in naturam diuinam: necesse est vt quos improbitas ab humana conditione deiecit: ipsa detrudat hominem infra meritum id est dignitatem hominis in naturam

bestialitatis: igitur euenit vt non possis estimare hominē sed bestiam quem videas vicijs transformatum. ¶ Notandum q cum gradus entium distinguantur scd̄m nobilitatem et ignobilitatem: quia nō potest accipere duas species eque perfectas: sed vna est dignior alia: ideo oportet q omne ens quod non est homo sit supra hominē vel infra hominē. mali autem vt pbatum est per maliciam desinunt esse homines: ergo necesse est malos esse supra homines vel infra. cum autē sola probitas vehat hominez supra naturam humanā: scz ad naturam deorum: sequitur q malicia deijcit malos infra naturam humanam scz ad naturaz bestialitatis. ¶ Auaricia feruet. Hic philosophia ostendit qualiter homines per diuersa vicia trāsformātur in diuersas bestias dicēs: q si quis homo feruet auaricia: scz violentus ereptor: id est ablator alienarum opum: talem dixeris similem lupi. sed homo ferox et inquietus qui exercet linguaz litigijs: talis comparabilis est cani. Homo occultus īsidiator: qui gaudet surripuisse aliena fraudibus: talis exequetur id est cōparatur vulpeculis. sed homo intemperans id est intemperatus superare fremit: talis credatur gestare animum leonis. sed homo pauidus ac pro et fugax qui formidat habeatur similis ceruis. homo autem segnis et stupidus: ille torpet: id est tardus est: et talis viuit asinuz id est asinine. homo autez leuis et inconstans qui permutat studia sua id est opera nil differt ab auibus. sed homo qui immergitur fedis: q p et immundis libidinibus ille detinet voluptate sordide suis id est comparatur suibus: et sic de ceteris vicijs cōtingit loqui. vnde cōcludit philosophia dicēs. Ita fit vt qui deserta probitate desierit esse homo: cum non possit trāsire in conditionem diuinam: vertatur in beluam id est in bestiam. ¶ Notandum q in nobis est duplex virtus, cognoscitiua scilicet intellectus et sensus. Intellectus est quid diuinū in nobis per quez ad superiora ascendimus: et deo similes sumus. Sensus autem inquantū non obedit rationi est quid brutale in nobis: per quem infra naturam humanam redigimur: et bestijs similes efficimur. Ideo dicit Boeci. in tractatu de summo bono. Ue vobis hominibus qui de numero bestiarum computati estis: diuinum hoc quod in vobis est non cognoscentes: propter quod ad superiora ascenditis et deo similes estis. Diuinum autem in homine vocat intellectum et rationem.

cie ostentat quare versi in maliciam humanam: q̄s amisere naturā. Sed cum vltra homines quē quā prouehere sola probitas possit: necesse est vt quos ab humana conditione deiecit infra hominis meritum detrudat improbitas. Euenit igitur vt quem transformatum vicijs videas: hominez estimare non possis. ¶ Auaricia feruet alienarum opuz violentus ereptor: similem lupi dixeris. Ferox atq inquietus linguam litigijs exercet: cani comparabilis. Insidiator occultus surripuisse fraudibus gaudet: vulpeculis exequetur. Ire intemperās fremit: leonis animū gestare credatur. Pauidus ac fugax n[illegible]denda formidat: ceruis similis habeatur. Segnis ac stupid⁹ torpet: asinuz viuit. Leuis ac incōstās studia permutat: nil ab auib⁹ differt. Fedis imundisq libidinibus immergitur sordide: suis voluptate detinetur. Ita fit vt qui probitate deserta homo esse desierit: cum in diuinam conditionem transire non possit: vertatur in beluam.

¶ Metrum tertium quarti libri.

Vela naricij ducis. Istud est metrum tertium huius quarti quod dicitur gliconicum ab inuentore: coriambicum a pede predominante. In quo philosophia ostendit transformationem hominum in bestias per quandā fabulā. Secūdo ostendit trāsformationem mentis per vicia esse peiorem transformatione corporis: ibi. O leuem. Fabula quā intendit est de transformatione sociorum Vlixis, et est talis. Vlixes post bellum troianum cum redeundo ad proprios diu errasset in mari peruenit in quandam insulam quam inhabitabat quedam dea nomine Circe filia solis: que per gramina et potiones consueuit hospites suos mutare i diuersas bestias: q etiam socios Vlixis qui ad ipsam peruenerant per suas potiones mutauit. Sed mercurius dedit vlixi albū florem per quem vitauit transformationem et potiões veneficam. Quis autem socij sui essent mutati i bestiam quantum ad figuram corporis: tamen remansit in eis mens integra exclusa oī bestiali seuitia. vñ dicit in lra. Eurus vētus talis appulit vela ducis Naritij. i. Vlixis q denoiatur naricius a loco vel a regione de qua oriūdus erat: et appulit vagas rates. i. naues pelago. i. mari cuidā insule: q. i. in q insula residens pulchra dea Circe edita. i. gēita ex semine solis: illa miscet nouis hospitib9. i. socijs Vlixis pocula tacta carmine id est i cantatiōe: quos. s. hospites: vt. i. postq manus Circe herbipotēs i. potens herbarū: vertit. i. mutauit socios vlixis i varios modos i. in varias figuras bestiaꝝ: hūc i. vnū illoꝝ tegit facies apri. ille id est alius marmaricus leo et africanus leo factus crescit dente et vnguibus. Hic. i. ali9 nuper lupis addit9. i. coniunctus dū parat flere ꝓpter suā trāsformationē: ipse vlulat. ille id ē alius obābulat. i. circuit tecta. i. domus mitis vt indica tigris id ē tigris indie. Sz lz numē. i. deitas archadis i. mercurij qui colitur i archadia qui dr ales eo q fingitur habere alas in pedibus ad designandum velocitatem sui motus: ille mecurius miserans ducē. i. Vlixem obsitum id est circundatum varijs malis: ipse soluerit id est liberauit eū a peste hospitis Circe. tamen remiges id est socij Vlixis iam traxerant id est biberant mala pocula ore: et iam sues effecti verterant id ē mutauerant pabula id est cerealia nutrimenta panis: qui panis est cibus hominū: glande id est in glādes qui ē cibus suis: et nihil manet integrū. s. de figura humana: ipsis perditis. i. mutatis voce et cor-

Metrum tertium libri quarti.

Vela naricij ducis
Et vagas pelago rates
Eurus appulit insule
Pulchra quā residens dea
Solis edita semine
Miscet hospitibus nouis
Tacta carmine pocula
Quos vt in varios modos
Vertit herbipotens manus
Hunc apri facies tegit
Ille marmaricus leo
Dente crescit et vnguibus
Hic lupis nuper additus
Flere dum parat vlulat
Ille tigris vt indica
Tecta mitis obambulat
Sed licet varijs malis
Numen archadis alitis
Obsitum miserans ducem

pore. sola autem mens stabilis manens gemit supra monstra id est supra transformationem corporis quam patitur. ¶ Notandum quod transformatio hominis in bestiam remanente aia rationali non est possibilis secundum rem: quia si esset possibilis vel esset possibilis secundum transformationem substantialem vel accidentalem. non secundum substantialem quia per talem introducitur nova forma substantialis. et sic due forme substantiales specifice differentes ut forma lupi et hominis simul informarent idem corpus quod falsum est. nec est possibilis secundum accidentia propria que disponunt materiam ad determinatam formam: quia impossibile est materiam secundum unam et eandem dispositionem proportionari diversis formis. Unde omnino est impossibile animam intellectivam uniri materie disposite ad formam lupi: ergo transmutatio de qua hic loquitur si est possibilis erit solum secundum accidentia individui provenientia ab exterioribus causis: quemadmodum videtur contigisse de rege Nabuchodonosor de quo legitur in Daniele quod ex hominibus electus est et fenum comedit ut bos: et rore celi corpus eius infectum est donec capilli eius crescerent in similitudinem aquilarum et ungues eius quasi ungues avium. et quia transmutatio secundum talia accidentia ducit ad expressa representatione speciei humane propter difformitatem figure: adeo ut sic potest dici transmutationem esse factam in bestiam aia remanente. Alii dicunt quod hominis transmutatio non sit possibilis secundum rem sed secundum quandam apparitionem fantasticam Unde non videtur rationabile quod Nabuchodonosor transtulerit se ad iumenta comedendo fenum: nisi quod quadam insania et apparitione fantastica agitatus seipsum reputabat iumentum aut bestiam: propter quod a consortio hominum eiectus est et cum feris habitabat. ¶ O levem nimium

Peste solverit hospitis.

Jam tamen mala remiges

Ore pocula traxerant.

Jam sues cerealia

Glande pabula verterant.

Et nihil manet integrum

Voce corpore perditis.

Sola mens stabilis super

Monstra que patitur gemit.

O levem nimium manum

Nec potentia gramina

Membra que valeant licet

Corda vertere non valent.

Intus est hominum vigor

Arce conditus abdita.

Hec venena potentius

Detrahunt hominem sibi

manum. Hic ostendit transformationem mentis per vicia esse deteriorem transformatione corporis: eo quod mens nobilior est toto corpore. et dicit. Ego dico manum Circe id est potestatem esse nimium levem id est imbecillem. nec dico gramina eius esse potentia: quia licet valeant vertere membra scilicet corporis: non tamen valent vertere corda: quia intus est vigor hominum conditus id est absconditus: sed hec dira venena. i. vicia potentius detrahunt hominem sibi: que vicia penitus meant. i. penetrant et non nocentia corpori seviunt id est sevire faciunt hominem vulnere mentis. ¶ Notandum quod quia anima nobilior et excellentior est corpore: transmutatio facta in anima de virtutibus ad vicia stante corpore humano: ipsa est deterior quam facta transmutatione corporis humani in speciem bestie: aia remanente intransmutata: quia anima intransmutata dato quod corpus transmutetur. adhuc homo dicitur homo ratione anime: sed remanente corpore humano et anima transmutata: iam homo dicitur non homo nisi equivoce: ergo transmutatio anime peior est transmutatione corporis anima remanente intransmutata.

Prosa quarta quarti libri.

Dira quo penitus meant:

Nec nocentia corpori

Mentis vulnere seuiunt.

¶ Prosa quarta libri quarti.

Tum ego fateor inquam nec iniuria dici vi-deo viciosos: tametsi humani corporis speciem seruant: in beluas tamen animorum qualita te mutari. Sed quorum atrox scelerataqz mens bo-norum pernicie seuit: id ipsum eis licere noluissem. Philosophia. Nec licet inquit vti cōuenienti mōstra-bitur loco: sed tamē si idipsum quod ei licere creditur auferatur: magna ex parte sceleratorū hoīm pena re-leuatur. ¶ Etenim quod incredibile cuiqz forte vide atur infeliciores esse necesse est malos cum cupita per fecerunt: q si ea que cupiūt implere non possunt. Nam si miserū est voluisse praua: potuisse miserius est: sine quo volūtatis misere langueret effect9. Itaqz cū singu lis miseria sit triplici īfortunio necesse ē vrgeāt quos

Tum ego fateor inquam. Ista est quarta prosa huius quarti in qua principaliter tria ꝓbat. Primo probat malos esse miseriores si sint impuniti q si sint puniti. Tertio ostendit illos esse miseriores qui faciunt iniuriā q illi qui patiuntur. scd'o ibi. Nā hoc quoqz. ter-tia ibi. Nam ne illud. Primo Boe. consentiēs predictis facit quoddā notū. et philoso-phia sibi respōdet. Scd'o philo-sophia ꝓsequitur principale in-tentum: ibi. Etenim. Primo dicit. Tum ego Boe. finito carmine in quo id est dixi. ego fateor: id est cō-cedo verum esse quod dictum est: nec iniuria id est non iniuste vi-deo dici viciosos mutari in bel-uas id est bestias: qualitate id est vicio animorum: tametsi pro quo-uis seruant speciem humani cor-poris, tunc Boe. facit notum di-cens. Sed eis quorum mēs atrox id est crudelis seuit pernicie bo-norum: idipsum noluissem eis li-cere. s. vt seuiant in ali in bonos. Respōdet philosophia, nec licz inquit vti mōstrabitur conuenie-ti loco: tamē si idipsum qd' credi-tur eis licere si hoc auferatur a malis: reuelatur pena scelerato-rum hominum ex magna parte. ¶ Notandū q licet credatur ma-lis licere q seuiant ꝯtra bonos, non tamē in rei veritate licet: q2 in sexta prosa huius quarti ostē-dit philosophia nihil licere ma-lis contra bonos nisi quantum per-mittitur ex ordinatōne diuine ꝓ-uidētie ad vtilitatē bonorū. ¶ Et-enim qd' incredibile. Hic phūs ꝓ-sequitur principale intentū ꝓ-bando q improbi sunt miseriores q cupita pficiunt q qui pficere nō possunt. Scd'o ostēdit q ī hac vita nihil est diuturnū in ꝯpatiō-ne ad vitam eternam. Tertio ps-tit ammirationē Boe. super qd' daz scd'a ibi. Neqz enim. tertia ibi. Tum ego. Primo dicit. Necesse est malos esse miseriores cum perfecerint cupita q si non possint implere: quod forte videtur cuiqz id est alicui incredibile. cuius probatio est. Nam si miserum est voluisse praua: miserius est potuisse: si ne quo scilz posse langueret id est deficeret effectus misere voluntatis. itaqz cum singulis tribus scilz voluntati potentie et effectui sit sua miseria: necesse est vt illi vrgeantur triplici infortunio id est malo quos videas scelus velle: scelus posse: scelus perficere. dicit Boeti. Accedo inquam id est consentio: sed ego vehementer exopto vt mali deserti possibilitate ꝑpetrandi sceleris cito careant hoc infortu-nio. et dicit philosophia. Carebunt inquit ocius id est citius q si tu forsitan velis id est velle doleas: vel q illi existiment sese id est seipsos carituros. ¶ Nota q philosophia dicit q posse malum sit pe-ius q velle malum, hoc videtur falsum: quia posse peccare, non est malum: sed velle peccare. Unde

scd'm Senecam, oe peccatum in actione est: omnis actio est voluntaria: ergo oe peccatuz est voluntarium. pro tanto etiam dicit Augustinus. Tolle voluntatez et infernus nõ erit: ergo peius est velle malum q̃ posse malum: cuius ꝯrarium hic dicit. Ad hoc dicendum ꝙ si posse et velle scd'm se et absolute cõsiderantur: tunc peius est velle malum q̃ posse. Si autẽ accipitur posse vt sequens malã voluntatez et subsequens eidez vt volũtas mala pficiatur in exteriori opere: sic peius est posse q̃ velle: quia sine tali posse langueret voluntatis effectus id est nõ perficeretur opus eius extra. sicut autẽ dico modo peius est posse malum q̃ velle. sic peius est perficere malum q̃ posse: ita ꝙ vnũquodq; istorum trium: velle: posse: perficere aliquid mali addit supra pcedẽs. ¶ Neq; enĩ est aliquid. Hic philosophia quia Boe. optauit malos citius carere potentia patrãdi sceleris: probat ꝙ in hac vita nihil est diuturnuz vel diuaturũ in comparatiõe ad perpetuã vitaz dicens. Neq; enĩ est aliquid serum id est tardum vel diuabile in taz breuibus metis id ẽ terminis presentis vite quod imortalis animus putet per longum temp⁹ expectare id est manere, quorum malorum magna spes quam habent de longanimitate vite: et excelsa machĩna id ẽ magna potentia facinorum sepe destruitur fine id est morte: fine inq̃ insperato et repentino: quod scilicet finiri morte statuit ipsis malis modum id est terminum sue miserie: quod ꝓbat per hoc. Nam si nequitia facit miseros vt patet ex dictis; necesse est vt diuturnior neq̃ sit miserior: quos malos iudicarem infelicissimos si non extrema mors eorum maliciã finiret. Si enĩ conclusimus vera de ĩfortunio prauitatꝫ: quo infortunio id est malo tanto est maius, quanto est diuturnius: liquet miseriaz eoꝝ esse infinitam quã constat esse eternã. Esset autẽ miseria maloꝝ eterna si morte nõ finiretur. ¶ Notandum ꝙ de oppositis opposito modo iudicandũ est: cum oppositorũ opposite sunt cause. Sicut ergo in bonis illud quod est diuturnius est melius: sic in malis qd' est diuturnius est peius. Cũ igitur malicia facit miseros malos: infinita esset eorum miseria si perpetuo perdurarent in vita. Sed quia mors terminat eorum maliciam: ideo eorum miseriam et infelicitatem diminuit. ¶ Tum ego. Hic philosophia ponit admiratione; Boe. super deductiõe phie dicens. O phia mira est illatio tua et concessu. i. ad concedendũ difficilis. quia ꝓbatur miseria maloꝝ diminui per mortẽ: sed cognosco ea nimiũ conuenire his que concessa sunt prius. dicit phia. Recte inquit estimas scꝫ ꝙ predicte illationi difficile credimr: sed quid dimũ. i. difficile putat accedere cõclusioni ipsam ꝯcedendo; equũ est vt ipse demonstret aliquid falsum pcessisse in pmissis: vel ostendat colla

videas scelus velle et posse perficere. Boeti. Accedo inq̃: sed vti hoc infortunio cito careant parandi sceleris possibilitate deserti vehementer exopto. Philosophia. Carebunt inquit ocius q̃ vel tu forsitan velis: vel illi sese estiment esse carituros. ¶ Neq; enim est aliquid in taz breuibus vite metis ita seruz quod expectare longum immortalis presertim animus putet: quorum magna spes et excelsa facinorũ machina repẽtino atq; insperato sepe fine destruitur. Quod quidem illis miserie modum statuit. Nam si nequitia miseros facit miserior sit necesse est diuturnior nequam. Quos infelicissimos esse iudicarem: si non eorum maliciam mors extrema finiret. Etenim si de prauitatis infortunio vera conclusimus: infinitaz liquet esse miseriam quam esse constat eternam. Boe. ¶ Tum ego mira quidem inq̃ et concessu difficilis illatio: sed his ea que prius concessa sunt nimiũ cõuenire cognosco. Philosophia. Recte inquit estimas: sed qui conclusio

nexionem ppositionū necessarie conclusionis non esse efficassem: alioquin concessis precedentib⁹: nihil est q causetur, i. cōqueratur de illatōe; vnde necessariū est eū concedere quātūcūq; videatur durū. ¶ Notandū q si nō consequitur cōclusioni hoc est vel ppter peccatū in materia vel ppter pctm̄ in forma, ppter peccatū in materia: vt si aliqua p̄missarum sit falsa, ppter pctm̄ in forma: vt si non fit debita cō nexio ppositionum respectu conclusionis incidente aliqua fallacia. Si autē nihil istoꝝ accidit necessario sequitur conclusio, ex p̄missis

hi accedere durum putat: equū est vel falsuz aliud precessisse demonstret: vel collationem propositionū non esse efficassem necessarie conclusionis ostendat: alioquin concessis precedentibus: nihil prorsus est quod de illatione causetur. ¶ Nam hoc quoq; quod dicam non minus mirū videatur: sed ex his que sumpta sunt eque est necessarium. Boe. Quid inq̄? P. Feliciores inquit esse improbos supplicia luentes: q̄ si eos nulla iusticie pena coerceat. neq; id nunc molior q cuiq̄ veniat in mentem corrigi vltione prauos mores: et ad rectum supplicij terrore deduci. Ceteris quoq; exemplum esse fugiendi culpanda: sed alio quodammodo feliciores esse improbos arbitror punitos: tametsi nulla ratio correctionis: nullus respectus habeatur exempli. Boe. Et quis erit inq̄ preter hos alius modus? Philosophia. ¶ Et illa. Bonos inquit esse felices: malos vero miseros nonne concessimus? Boetī. Ita est inq̄. Philosophia. Si igitur inquit miserie cuiuspiā bonū aliquod addatur: nonne felicior est eo cuius pura ac solitaria sine cuiusq̄ boni admixtione miseria

¶ Nā hoc quoq; quad dicā. Hic phia probat malos esse miseriores si non puniantur q̄ si puniātur, scd̄o soluit quoddam dubiū, tertio ponit quendam epilogum predictoꝝ. Scd̄a ibi. Sed ques. Tertia ibi. Id vero hactenꝰ. Primo p̄mittit pclusionem quā pbare intendit excludēdo quosdam modos pbationis quibus conclusia pbari posset, scd̄o ponit alium modū probationis ab ista; ibi. Et illa. Primo dicit. hoc quoq; quod dicam non minꝰ videatur mirū sz eque necessariū videatur; cōcludit ex his que sumpta sunt; et querit Bo. Quidnā est hoc. dicit phia. Ego dico improbos esse feliciores luentes supplicia q̄ si nulla pena iusticie eos caerceat id est puniat; sz ego non molior id ē non intendo nunc q alicui veniat in mentem prauos mores id ē hamica prauos morigeratos corrigi vltione id est pena et terrore supplicij ipsos deduci ad rectuz: et non itenndo ceteris hominibus penā malorū esse exemplū fugiendi culpanda id ē mala. sed pter istas duas causas est alia a predictis qua arbitror improbos esse feliciores punitos: tametsi p eos nulla ratia correctionis et nullus respectus exempli habeatur. et querit Bo. quis erit preter hos alius modus. ¶ Notandum q duo sunt cause ppter quas, videtur melius malos esse punitos q̄ impunitos, vna est: quia p penam mali corrigūtur et resipiscūt a malo. Secūda causa est: quia alij timore pene malorum declinant a malo: et sic pena maloꝝ est exemplum alijs fugiendi malum, licet iste due cause sint vere: tamen philosophia de eis non intendit: sed vult assignare aliam causam preter istas. ¶ Et illa. Hic philosophia ponit alium modum preter predictos probando malos impunitos esse miseriores q̄ punitos. Secundo declarat quoddam assumptum in probatione: ibi. Sed puniri. Primo resumit quod supra probatum est tertia prosa dicens. Nonne concessimus bonos esse felices: malos vero miseros, dicit Boe. Ita est inquā. et philoso-

motus maiore ambitu tanto explicatur amplioribus spacijs quanto discedit a media indiuiduitate pūcti .i. centri. Si q̄d vero illi medio se cōnectot: illud cogitur .i. cōpellitur in simplicitatē .i. imobilitatē axis: et cessat diffūdi et diffluere per magnū spaciū. Simili ratione illud quod longi⁹ a prima mente discedit sicut creature corruptibiles maiorib⁹ nexibus fati implicatur. et tāto magis aliquid est liberū a fato: quanto vicinius petit .i. occedit illū cardinem rerū .s. deum. quod si firmitati superne mentis beserit supergreditur necessitatez fati. ¶ Notādo magis entia sunt ꝓpinqua primo causato min⁹ sunt mutabilia: et q̄to remotiora tāto magis mutabilia. qð declarat phīa exēplo diuersorū circulorū ab eodem centro ductorū: in quibus circul⁹ remotior a centro est maior: et velocius mouetur: quia maius spacium pertransit in equali tempore. Qui aūt est vicinior cētro minor: est et tardius mouetur min⁹ spaciū perti āscendo. circuli vero medij medio mō se habēt: et ē optima ꝯparatio centri circuli ad creatorē, sicut eñi centrū est indiuisibile et ab ipso possent plures circuli ꝓcedere; ita creator vn⁹ et indiuisibilis existēs infinita creat et gubernat. ¶ Igitur vti est. Hic phīa concludit habitudinē fati ad prouidentiā diuinoꝝ per quedam similia, et dicit, series fati ita est .i. ita se h3 ad stabilē simplicitatē diuine ꝓuidētie: vti ꝑ sicut rōcinatio se h3 ad intellectū. Ubi sciendū q illud qð itellect⁹ simplici ꝯtate itelligit: rōcinatio ꝑ modū discursus et successiue apꝑhēdit. etiam fatū se h3 ad ꝓuidentiā sicut illud qð gignit h3 se ad illud qð est. Ubi sciendū q illud qð gignit est in quadā fluxibilitate et motu. qð vero actu est genitū: est in quadā ꝑmanentia. etiā se h3 fatum ad prouidentiā sicut tēpus ad eternitatē. Ubi sciendū q in tpe est successio ptiū tpis p̄sentis p̄teriti et futuri. Eternitas aūt est sine successione tota simul existēs. Itē fatū h3 se ad ꝓuidentiā sicut circul⁹ ad mediū pūctū. Ubi sciendū q circul⁹ distendit et ꝑ ptes diuidit mobilis existēs, punctū aūt est imobile et indiuisibile; q: ex ꝑmis euclidis. Punctū est cui⁹ ps nō est. ¶ Ea series celū ac sydera. Hic phīa ostendit que sint illa que fato disponūtur. Scdo ꝯcludit q ista que intellectui confusa videntur in diuina gubernatione sunt rationabiliter ordinata: ibi, Quo fit. Primo dicit, q series fati de qua dictum est mo-

net celum:ac pro et sydera:temperat elemēta in se inuicē:ne totaliter se corrūpant:⁊ trāsformat ipa al terna cōmutatōe:ita φ ex aqua fiat aer ⁊ ecōuerso.⁊ eadē series fati renouat oīa nascentia ⁊ occidentia.i.mouētia p similes ꝓgressus fetuū quoad animalia:⁊ seminū quo ad vegetabilia.⁊ fatū etiam cōstringit indissolubili ꝯnexione causarū act⁹.i.opationes ⁊ fortunas hoīm. que oīs res cū ꝓficiscant.i.ꝓcedant ab exordiqa diuine ꝓuidentie necesse est ipsas esse imutabiles.Ita eīn res optime regūtur id est gubernanf: si simplicitas manēs in diuina mente ꝓmat.i.explicet indeclinabilē.i.imutabilem ordinē causarū.Hic aūt ordo diuine ꝓuidētie coerceat ꝓpria incōmutabilitate res mutabiles ⁊ alioquin temere.i.casualiť fluituras. ¶ Notandū φ fatū ꝯsideratur dupliciter. Uno mō vt est in causis secūdis quarū ordo ⁊ dispositio dicitur fatum.⁊ sic fatuz est mobile:⁊ res a fato subiacētes sunt mobiles. Alio mō ꝯsideratur fatum scđm φ dependet a ꝓuidentia diuina que oīno immobilis est:⁊ sic fatum sortitur immobilitatē:⁊ sic etiā res fatales:et sic scđm subam sunt immobiles. ¶ Notanduz φ si aliquid posset declinare ab ordine diuine ꝓuidentie:tunc prouidentia diuina deficeret a suo effectu:et hoc redūdaret in impotentiā regētis. Et si dicis. omnia subiacent prouidētie diuine: ergo oīa eueniūt ex necessitate. Dicendū φ nō:qꝛ deus prouidet res sicut sunt future.quedam ꝓuidet necessario euenire ⁊ quedam ꝯtingenter:⁊ de hoc videbitur magis in quinto hui⁹ ¶ Quo fit. Hic pħia ostē dit φ ea que apparēt in reb⁹ cōfusa in diuina gubernatōne sunt ordinata dī. Quo fit.i.ex hoc φ diuina prouidentia incōmutabilez ordinem reb⁹ ꝯstituit: sequiť vt ⁊ si vobis minime valentib⁹ considerare hūc ordinez rerū videantur nobis oīa confusa ⁊ ꝑturbata:nihilomin⁹ tamē modus su⁹.i.ordo propri⁹ diuine prouidentie disponit cuncta dirigens ea ad bonū.nihil eīn est qđ fiat causa mali.nec etiā ab ipsis improbis quos bonū querentes prauus error euertit vt prius demonstratū est:nedū.i.multominus ordo fatalis ꝓficiscēs de cardine summi boni.i.ab ipso deo deflectat a suo exordio.i.a deo qui est finis ⁊ principium oīm. ¶ Nota φ dicit malos nihil facere causa mali:cui⁹ oppositū pꝫ,multi eīn mali seipos interimūt.dicendū φ nullus opatur respiciēs ad malū:quia oīa bonū appetunt. Si quis aūt malū opatur hoc ꝯtingit sub fantasia boni. Nam aliquis in magna anxietate existēs estimat esse bonuz fugere anxietatē: ⁊ nihil aliud ipse considerans sequiť hanc estimationē seipsuz interficiēs:⁊ talis ꝑuana se bono ducit fantasia boni.qꝛ pro tunc putat bonū esse effugere anxietatē ꝑuatōe vite. ¶ Que vero inquies pōt vlla iniquior esse ꝯfusio. Hic pħia soluit questionē quare bona mala ⁊ mala bonis contingāt. Et pꝛīo hoc ostēdit in generali, Scđo magis in spāli:ibi. Sed si aliqs. Pꝛimo assignat causam ꝑdicti accidētis ex defectu

nascentia occidētiaqꝫ omnia per similes fetuū: seminumqꝫ renouat progressus. Hec actus etiam fortunasqꝫ hominum indissolubili causarū connexione cōstringit: que cum ab immobilibus prouidentie proficiscantur exordijs:ipsas quoqꝫ immutabiles necesse est esse. Ita enim res optime reguntur:si manens in diuina mente simplicitas indeclinabilem causarum ordinem promat. Hic vero ordo res mutabiles ⁊ alioquin temere fluituras propria incōmutabilitate coerceat. ¶ Quo fit vt tametsi vobis hunc ordinem minime considerare valentibus confusa omia perturbataqꝫ videantur:nihilomin⁹ tamē suus modus ad bonum dirigens cuncta disponit. Nihil est enim qđ mali causa nec ab ipsis quidē improbis fiat quos vt vberrime demōstratum est bonū querentes prauus error euertit:nedū ordo de summi boni cardie proficiscēs a suo quēqꝫ deflectat exordio. ¶ Que vero iquies po

so iudicio hoim. scdo ex ɔtrario iudicio dei ꝛ hoim: ibi. Nam vt pauca. Primo facit qd dictum est. Scdo declarat ꝑ se simile: ibi. Non eni dissimile. Prio di. O Bo. tu inquies q̃ ꝑ ōt esse vlla iniquior ɔfusio q̄ vt bonis aliqñ ꝓspera aliquādo aduersa eueniant: cuꝫ semꝑ bonis deberēt ꝓspera euenire. ꝛ malis ꝑ ɔtrariū aliquādo ɔtingant optata: aliquādo odiosa: cū semꝑ malis deberēt odiosa euenire. dicit phia. Num ꝓ nunqd hoies degunt. i. viuūt ea integritate. i. integro iudicio mētis: vt necesse sit eos esse probos vel improbos quos ipsi cēsuerint. i. iudicant esse tales. At- qui ꝓ certo in hoc depugnant. i.

test vlla iniquior esse confusio: q̄ vt bonis tū aduersa tum prospera: malis etiā tum optata tū odiosa contingant? Num igitur ea mentis integritate homines degunt: vt quos probos improbosue cēsuerint: eos quoq vti existimāt esse necesse sit? Atqui in hoc hoim iudicia depugnāt: vt quos alij premio: alij supplicio dignos arbitrātur. Sed cōcedam⁹ vt aliquis possit bonos malosue discernere. Num igitur poterit intueri illaꝫ intimā temperiē velut in corporib⁹ dici solet animorū? ¶ Non eni dissimile est miraculū nesciēti cur sanis corporib⁹: his quidē dulcia: illis vero amara cōueniant. Cur egri etiā quidā leuib⁹: quidā vero acribus adiuuātur. At hoc medicus qui sanitatis ipsius atq egritudinis modū tēperamentūq dignoscit minime miratur. Quid vero aīor alud sal⁹ videtur esse q̄ probitas? quid egritudo q̄ vicia? Quis eni alius vel seruator bonorū vel malor depulsor q̄ rector ac medica

ɔtrariātur iudicia hoiꝫ: vt quos alij ꝑmio: alij arbitrātur dignos supplicio. sed ɔcedam⁹ vt aliqs possit discernere bonos ve ꝓ vel malos. Num ꝓ nunquid ipse poterit intueri illam intimā temperiem. i. interiorē conditionē ꝛ qlitatē animor veluti solet dici in corporib⁹: q̄si di. Ego loquor de animis scdm q̄ homies consueuerunt loqui de corporib⁹. ¶ Notandū q̄ ꝓpter defectuosum iudiciū hoim contingit q̄ iudicant eos esse bonos qui mali sunt et ecōuerso. si ergo iudicāt malos esse bonos ꝛ si illis eueniāt mala putant bonis euenire mala: ꝛ si bonis quos iudicēt malos eueniant bona: putant malis euenire bona. Et ideo etiam sepe putant bonos deprimi cuꝫ mali deprimūtur iudicantes malos esse bonos. ꝛ putāt malos extolli cū boni extolluntur: q: iudicant bonos esse malos. ¶ Non eni dissimile est miraculuꝫ. Hic phia declarat se per simile di. Istud miraculū non est dissimile: īmo est valde simile ad ꝓpositum: nescienti alicui cur sanis corporib⁹: his cōueniāt dulcia: his amara. etiā nescienti alicui cur quidam egri adiuuātur leuib⁹: q̄dā acerbis. licet hoc videatur miruꝫ nescienti: tamen medicus de h̄ minime miratur qui dignoscit modum ꝛ temperamentum sanitatis ipsius egri ꝛ causam egritudinis. sic similiter licet homo ignoret quid conueniat bonis ꝛ malis: tamen deus qui est scrutator cordium ista cognoscit: videns q̄ bonis aliquando conueniūt aduersa: malis quandoq prospera. ideo sic eis distribuit. ꝛ hoc est quod subdit applicando similitudinē ad aīm dicens. Quid eni aliud videtur. i. apparet esse salus animorū q̄ ꝓbitas. Quid aliud est egritudo animor q̄ vicia. Et quis ali⁹ seruator est bonorum ꝛ depulsor malor q̄ deus rector ꝛ medicator mentiū. Qui cum respicit ex alta specula ꝓuidentie ipse cognoscit quid vnicuiq ɔueniat: ꝛ qd iam nouit conuenire hoc accomodat. hinc. i. ex quo qd dictuꝫ est fit insigne miraculum ordinis fatalis. i. fit illud quod admirantur homines in ordine fatali: cum a sciente. i. a deo illud geritur. i. fit quod ignorantes stupeant id est admirantur. ¶ Notanduꝫ q̄ est bona comparatio sanitatis ꝛ egritudinis corporalis ad medicum: ꝛ ꝓbitatis ꝛ vicij animor ad deum. sicut enim medicus cognoscens causas sanitatis ꝛ egritudinis scit quid conueniat sano ꝛ egro alijs ignorā-

tor mentium deus. Qui cum ex alta prouidentie specula respicit quod vnicuiqz conueniat agnoscit: et quod conuenire nouit accommodat. hinc iam fit illud fatalis ordinis insigne miraculum: cum a sciente geritur quod stupeant ignorantes. ¶ Nam vt pauca que valet ratio humana de diuina profunditate accipere perstringam. de hoc quez tu iustissimum et equi seruantissimum putas oia scienti prouidentie diuersum videtur: et victricem quidem causam dijs: Victam vero Catboni placuisse familiaris noster Lucanus ammonuit. Hic igitur quicquid citra spem videas geri: rebus quidem rectus ordo est: opinioni vero tue peruersa confusio. ¶ Sed sit aliquis ita bene moratus: vt de eo diuinum iudicium pariter humanumqz consentiat: sed est animi viribus infirmus: cui siquid eueniat aduersi desinet colere forsitan innocentiam: per quam non potuit retinere fortunam. Parcit itaqz sapiens dispensatio ei quem deteriorem facere possit aduersitas: ne cui non conuenit

tibus et mirantibus. Sic deus cognoscens qualitatem animorum scit quid bonis conueniat et quid malis: et vnicuiqz sibi conuenientia tribuit: quandoqz malis prospera: bonis aduersa: de quo stupent ignorantes. ¶ Notandum quod specula dicitur locus altus aptus ad circumspiciendum: et quia deus per prouidentiam oia circumspicit: ideo similitudinarie ipsa prudentia dicitur specula. ¶ Notandum quod quia homines ignorant qui sunt boni vel mali: ignorant etiam quid vnicuiqz conueniat: ideo aliqua creduntur conuenire bonis que secundum iudicium dei eis non conueniunt: et ideo homines mirantur quare deus eis non attribuat que videntur eis attribuenda. Ideo dicit philosophia. Ex dictis contingit hoc miraculum quod ignorantes stupent que fiunt a deo sciente. ¶ Nam vt pauca. Hic philosophia ostendit quod bonis mala et malis bona contingunt ex contrario iudicio dei et hominum di. Ut ego pauca perstringam que humana ratio valet accipere de diuina profunditate illud superius declarabo. O Boeti. de hoc superius homine quem tu putas esse iustissimum et seruantissimum equi id est equitatis. diuersum videtur. i. aliter videtur prudentie scienti omnia. i. deo: quod confirmat auctoritate Lucani qui describens bellum inter Pompeium et Julium cesarem. cum quereretur ab eo cuius causa esset iustior: dixit. victrix causa dijs placuit: sed victa Cathoni. vnde dicit: victricem causam scilicet Julij cesaris placuisse dijs: victam vero causam scilicet Pompeij placuisse Catboni ammonuit Lucanus noster familiaris. Ex quo concludit ea que contra spem hominum veniunt esse confusionem in opinione hominum: non tamen in re. di Quicquid igitur videas geri. i. fieri vel euenire contra spem hominis causam ignorantis. hic id est in rebus est rectus ordo: sed opinioni tue est peruersa confusio. Notandum quod Catho vticensis propter suam sapientiam et virtutem maxime fuerat auctoritatis in populo. Cum autem Julius pugnaret contra Pompeium cito indicauit Pompeium esse iustum attribuens sibi causam victricem. Alij autem iudicabant Julium cesarem esse iustum attribuentes sibi causam victricem. ex quo patet quod de eodem contrario modo iudicabant dij et homines sapientes qui Cathonem sequebantur. ¶ Sed sit aliquis. Hic philosophia assignat causas speciales quare bonis et malis indifferenter eueniunt nunc prospera nunc aduersa. Secundo excusat se ampliori pertractatione huiusmodi causarum. Secunda ibi. Neqz enim probas. Primo declarat intentum suum de bonis. secundo de malis: ibi. Nam id quoqz. Primo assignat causam quare aliquibus bonis non eueniunt mala. Secundo quare aliquando contingunt eis mala: ibi Alijs mixta. Primo ostendit quare bonis non contingant mala. secundo quare contingant eis quandoqz bona: ibi. Fit autem. Primo assignat duas causas quare bonis non eueniant mala. Secunda ibi. Est aliis. Prima causa est infirmitas animi

alicui⁹ boni cui si adueniret aduersitas ipse deteriorareť. vñ di. in lřa. Sed sit id est ponamus φ aliqs sit ita bene morat⁹ .i. morigeratus φ diuinũ ⁊ humanũ iudiciũ ɔsentiãt de eo. forsan ipse est infirmi viribus animi non potens resistere aduersitatibus. Cum si eueniat quid .i. aliqd aduersi. forsitan desinet colere innocentiam .i. exercere virtutẽ. per quẽ non potuit .i. nequit retinere fortunã: qꝛ imputabit sue innocentie φ ꝓsperitas sua recessit. quẽadmodũ legiť de Job cui vxor sua ĩproperabat di. Adhuc

laborare patiať. ¶ Est ali⁹ cũctꝫ ꝟtutib⁹ absolut⁹ sctũs ꝗ ac deo ꝓxim⁹. Hũc cõtigi ꝗbuslibet aduersiſ nephas ꝓuidẽtia iudicat: adeo vt nec corporeis quidẽ morbis agitari sinat. Nã vt quidã me quoqꝫ excellentior ait.

Uir autem sacerdotalis veris non laborat: sancti viri corpora autem sua edificauerunt virtutes. ¶ Fit autem sepe vti bonis summa rerum gerenda deferatur: vt exuberãs retundať ĩprobitas. Alijs mixta quedã pro aĩarum q̃litate distribuit. Quosdã remordet ne lõga felicitate luxuriẽt. Alios duris agitari: vt virtutes aĩ patientie vsu atqꝫ exercitatione confirment. Alij plus equo metuũt qđ ferre possunt. Alij pl⁹ equo despiciũt qđ ferre nõ possunt: hos in experimentum sui tristib⁹ ducit. Nõnulli venerãdũ seculi nomẽ glo⸗ ꝓcio mortis emerũt: qdã suppliciis ĩexpugnabiles exemplũ ceteris ꝓtulerunt inuictam malis esse virtu⸗

ꝑmanẽs ĩ simplicitate tua benedic deo ⁊ morere. parcit itaqꝫ illi sapiẽs dispensatio id est ꝓuidentia dei quẽ aduersitas possit facere deteriorẽ nec patiatur eum laborare aduersitate cui nõ cõuẽit. ¶ No. φ qdã boni sunt ita imbecilles aĩ φ ex modica tẽptatione aduersitatis mutareť: qđ videns de⁹ ꝑcit ipsis ne eos ad uersitate deijciat. vnde apl's. Fidelis de⁹ qui nõ patiť vos temptari vltra id qđ potestis. ¶ Est ali⁹ cũctis ꝟtutib⁹ absolut⁹. Hic assignat aliã cãm q̃re quibusdã bonis nõ adueniant mala di. Est ali⁹ bõ absolut⁹ .i. ꝑfect⁹ cunctis virtutib⁹ ⁊ sctũs ⁊ proximus dõ hũc hoĩem ɔtigi .i. tãgi ꝗbuslibꝫ aduersis ꝓuidẽtia sup. diuina iudicat nephas: adeo .i. intñ vt nec finat ipm agitari morbis corporeis: quod confirmat auctoritate cuiusdam phĩ. di. Nã vt ait qdã phs excellẽtior me: cui⁹ auctoritatẽ ponit ĩ greco q̃ tantũ sonat in latino Corpo sua viri scĩ id est sacri edificauerũt ꝟtutes sup. ꝓseruãdo ipo ob aduersis. Aũt ꝑ sedvei⁹ vir sacerdotalis nõ laborat supple in prosperis. ¶ Nota φ secunda causa quare aliquib⁹ nõ aduenit aduersa est excellẽs sanctitas ipsorum. sicut enim deus excellẽter malos nõ tñ puniť ĩ futuro sꝫ etiã ĩ pñti: sic aliquos excellẽter bonos nõ tñ ꝓmiat ĩ

futuro sed ĩ pñti ob aduersitate custodit. ¶ No. q̃re phĩa dicat excellẽtior me di. cũ nullus sit excellentior phĩa. dicẽdũ φ lřa dꝫ sic expom nã quidã phs excellẽtior alijs phĩs me .i. ꝑ me phĩaꝫ di. ¶ Fit aũt sepe. Hic osñdit q̃re bonis sepe ɔtigãt bona di. Fit aũt .i. ɔtigit sepe vt sũma rerũ gerẽda .i. ꝑncipot⁹ gerẽdi res deferať .i. cõcedať bonis .i. ꝓbis: nõ tñ ꝓpter vtilitatẽ bonorũ hoim: sꝫ vt ĩprobitas exuberãs .i. abundãs malorũ retũdatur .i. compescatur vel reprimať. Tũc assignat causam quare bonis quãdoqꝫ contingont mala di. Alijs id est bonis deus distribuit quedam mixta .i. nunc bona nunc mala pro qualitate animorũ. quosdam enĩ bonos deus remordet aduersitatib⁹ ne luxuriẽt .i. superbiant longa felicitate .i. ꝓsperitate. Alios bonos patitur agitari id est vexari duris id est aduersitatib⁹: vt virtutes aĩmi ipsorum confirmẽt vsu ⁊ exercitatiõe patiẽtie: vt patet in Job. Alij plus equo metuũt quod bene ferre possunt: sicut Thomas formidauit ingressum iudie dicens. Dñe mitte me quo vis preter φ ad indos. Alij plus equo despiciũt quod ferre non possunt: qꝛ quasi presumendo despiciunt temptationes quas tñ ferre non possunt: vt sanctus Petrus q̃ dixit. Et si oportuerit me mori tecũ non te negabo. qui ad tẽptationẽ ⁊ accusationẽ ancille xp̃m negauit. hos vtrosqꝫ ducit id est temptat tristibus id est aduersita

tibus:in experimentum sui.i.in recognitionem sui: vt sciant quid possint ꝛ quid nō possint. ꝛ nōnulli.i. aliqui emerunt precio mortis venerandum nomē seculi sicut martyres. quidā ierpugnabiles supplicijs pertulerunt ceteris exemplum virtutem esse inuictam a malis. q̄ omnia ꝙ recte ꝛ disposite fiant et eo rum bono quib⁹ accedere videtur nulla est dubitatio. ¶ Notandū ꝙ quidā plus timēt ꝙ timere deberēt aliquā aduersitatē: de quibus d͛r in psalmo. Trepidauerūt timore vbi non erat timor. talibus deus im mittit aduersitates quibus resi stunt: vt cognoscant se gratia dei posse resistere ei quod timebant Alij autem presumentes de pro prijs viribus despiciunt tempta tiones quasi potentes resistere eis. illis deus temptationem im mittit et permittit eos succum bere: vt cognoscāt ꝙ fragilis sit humana natura sine diuina gra tia. ¶ Nam illud quoq;. Hic assi gnat causas quare malis quādo q; bona quādoq; mala cōtigāt. primo ostendit quare malis con tingant mala. Secundo: quare bona: ibi. Leta vero. primo dicit. Ex eisdem causis ducitur id est probatur ꝙ improbis nunc pro ueniunt tristia: nunc optata: sed de tristibus que malis eueniunt nemo miratur: quia omnes exi stimāt eos scilicet malos eē me ritos id est dignos malo: quorū malorum supplicia ceteros de terrēt: terrore retrahūt a sceleri bus: ꝛ ipsos.s. malos emendāt q̄ bus inuehūtur supplicia. ¶ No tādū ꝙ phīa innuit tres cās qua re malis eueniūt mala. Prima ē q: oēs hoīes estimāt eos dignos malo. Scd͞a q: p supplicia malo rū: alij a malo reti ahūtur. Ter tia cā est: q: mali supplicijs emē dant. ¶ Leta vo magnū. Hic as signat causas quare malis bona eueniāt. Scd͞o soluit tacitā obie ctionē: ibi. Nā vt pbis. Pͥo di. Leta vo.i. pspera q̄ malis eue niūt loquūtur.i. iudicant bonis magnū argumentū q̄d. iudicare debeant de huiusmodi felicitate quam sepe cernant famulari improbis. habent enim probi ex hoc cer tissimum argumentum ꝙ illa non est vera felicitas q̄ malis aduenit: sed falsa deceptio. Tunc assignat primam causam quare deus malis concedit bona et prospera: qui quidem mali p pspera preseruātur a peioribus sceleribus ne fiant fures vel raptores. et dicit. In qua re ꝙ malis eueniant prospera: illud credo dispensari id est dispensatione ordinari: ꝙ forsitā natura alicuius mali tam preceps ē ad malum et importuna: vt inopia rei familiaris id est paupertas possit eum exacerbare id ē prouocare in scele ra id est ad furtum vel ad rapinam. huius morbo diuina prouidentia medetur remedio collate pecu nie. Tunc assignat secundam causam talem: ꝙ ideo malis eueniunt prospera vt prosperitate emendēt vitam: quam timentes ne propter maliciam amittant prosperitatē. Unde dicit. Hic id ē aliquis malus

tem. Que ꝙ recte atq; disposite et ex eorum bono q̄ bus accedere videntur fiant: nulla dubitatio est. ¶ Nam illud quoq; quod improbis nunc tristia: nūc optata proueniunt ex eisdem ducitur causis. Ac de tri stibus quidem nemo miratur ꝙ eos malo meritos omnes existimant: quorum quidem supplicia: tum ce teros sceleribus deterrent: tum ipsos quibus inuehū tur emendāt. ¶ Leta vero magnum bonis argumen tum loquuntur: quid de huiusmodi felicitate debeāt iudicare quam famulari sepe improbis cernant. In qua re illud etiam dispensari credo: ꝙ forsitan alicu ius tam preceps atq; importuna natura est: vt eum in scelera potius exacerbare possit rei familiaris inopi a. huius morbo prouidentia collate pecunie remedio medetur. Hic fedatam probris conscientiam spectās ꝛ secum fortunā suam cōparans: forsitā pertimescit ne, cuius ei iocūdus vsus ē fiat tristis amissio. Muta bit igitur mores: ac dū fortunam metuit amittere ne

spectans id est ɔsiderans conscientiā suam fedatam: probris .i. maculataȝ vicijs: ⁊ ipse comparās secū fortunam .i. prosperitatem suam: forsitā pertimescit ne cuius rei scȝ prosperitatis iocūdus est ei vsus: illi⁹ fiat ei istis amissio: ⁊ dum metuit omittere fortunā: mutabit mores ⁊ derelinquet nequitiā. Tūc ponit tertiā causam dicens. Alijs malis adueniet prosperitas vt incidant maiorē miseriam aduersitatis: q2 sicut dictū fuit secūdo li. prosa quarta. In omni aduersitate fortune infelicissimū genus infortunij est fuisse felicē. vnde dicit in littera q felicitas indigne aucta. Alia littera habet acta id est inducta alios malos precipitauit in meritam cladem id est miseriā. ⁊ addit q quibusdaȝ malis permissum est id est concessum ius puniēdi id est potestas: vt sit bonis causa exercitij in virtutibus patientia: ⁊ malis sit causa supplicij. ¶ Nota q felicitas quosdam precipitat in cladeȝ aduersitatis. vnde Samaricus. Promonet iustos fortūa volubilis: vt quos scandere precipites fecit ad yma rotet. Nam grauior ruit turris tumefacta ruina. Et grau⁹ pulsat alta cypressus humum. ¶ Et notandum q boni per aduersitates in virtutibus ⁊ patientia exercētur. vnde ideȝ pauper Henricus. Aspera ferre decet maturant aspera mentem Et bene natura plenius vna facit. Per nimios est⁹ gelidas trāsitur ad vndas. Sicqȝ p oppositū dulcia querit homo. ¶ Nā vt probis atqȝ improbis. Hic soluit quandā obiectionem. secūdo infert quandam ɔclusionem: ibi Ex quo sepe. Primo dicit. Aliqs diceret. dixisti q malis est cōcessum ius puniendi vt sint causa supplicij alijs malis. hoc non videtur verum: quia malus nō punit malum cum sint similes. hoc soluit philosophia dicens. Sicut probis ⁊ improbis nullum est fedus id est concordia: quia semper inuicem contrariantur. ita ipsi improbi nequeunt inter se cōuenire. Quid ni .i. quare nō esset ita cum quiqȝ .i. quilibet mali dissentiant a semetipsis vicijs discerpentibus id est distrahentibus conscientiaȝ ipsorū. ⁊ sepe mali faciūt que cum gesserint id est fecerint: decernant id est iudicent non fuisse gerenda id est facienda. ¶ Notandum q intantuȝ aliquis est bonus inquantum seruat ordinem in vltimum finem: qui finis est summū bonum. et quia illum finem ⁊ ordinē omnes boni seruāt: ideo omnes boni in eo q boni sunt inuicem concordāt: mali autem quia hunc ordinem non seruant et a semetipsis discordant mutuo sibi concordare non possunt ⁊c. ¶ Ex quo sepe summa illa. Hic infert quandam conclusionem dicens. Ex quo mali puniunt malos: ex hoc illa summa prouidētia id ē diuina protulit insigne miraculū scȝ vt mali facerēt malos bonos: quod declarat. Nam dū quidā mali videntur perpeti iniqua a pessimis flagrantes id est ardentes odio noxiorum

quitiam derelinquet: alios in cladem meritam precipitauit indigne acta felicitas: quibusdam permissum puniendi ius: vt exercitij bonis et malis esset causa supplicij. ¶ Nā vt probis atqȝ improbis nullum fedus est: ita ipsi inter se improbi nequeunt conuenire. Quid ni cum a semetipsis discerpentibus conscientiam vicijs quiqȝ dissentiant: faciantqȝ sepe que cum gesserint non fuisse gerenda decernant? ¶ Ex quo sepe illa summa prouidentia protulit insigne miraculum: vt malos mali bonos facerent. Nam dū iniqua sibi a pessimis quidem perpeti videntur noxiorū odio flagrantes ad virtutis frugem redire: dum se eis dissimiles student esse quos oderant. Sola est enim diuina vis cui mala quoqȝ bona sunt: cum eis competenter vtendo alicuius boni elicit effectum. Ordo enim quidem cuncta cōplectitur vt quod ab assignata ordinis ratione decesserit: hoc licet in alium tamen ordinē relabatur: ne quid in regno prouidentie liceat te

id est dampnorum suorum sup mali redierẽ id ẽ redierũt: ad fingem virtutis id ẽ ad vtilitatem: dũ tales studẽt se esse dissimiles illis malis quos oderãt. ⁊ addit. O sola diuina vis talis est: cui mala sunt bona.i.cedunt in bonũ sicut cum malis facit bonum malum. vnde subdit. Cũ deus vtendo cõpetenter eis scʒ malis elicit effectum alicuius boni. Ordo eñi fatalis cuncta cõplectitur: vtquod discesserit ab assignata ratione ordinis scʒ mali: hoc tamen ꝫ relabatur in aliũ ordinẽ. scʒ boni. ne in regno prouidentie dei liceat quid.i. aliquid

merit.ati Fortissimus in mundo deus cuncta peregit cum omĩa secula prouidet ac prospicit. ¶ Neqʒ enim phas est homini cunctas diuine opere machinas ingenio cõprehẽdere vel explicare sermone: hoc tamen prospexisse sufficiat qd naturarũ oĩm proditor deus idem ad bonũ dirigens cuncta disponat: dũqʒ ea que protulit in sui similitudine retinere festinat. Malum oẽ de reipublice sue termis per fatalis seriẽ necessitatis eliminat. quo fit, vt q̃ua in terris abũdare credũt: si disponentẽ prouidentiã spectes: nihil vsq̃ mali esse perpendas. Sed video iam dudum te et pondere questionis onera tum: et orationis prolixitate fatigatum aliquã carminis expectare dulcedinem. Accipe igitur haustum quo refectus firmior in vlteriora contendas.

¶ Metrum sextum quarti libri.

temeritati.i.inordinationi. ⁊ ponit auctoritatem in greco que tãtum sonat. fortissimus in mundo deus cũcta peregit. ¶ Notandũ ꝙ boni ꝓueniẽs ex malicia improbo: non est imputandũ ipsis improbis: sed tantum diuine virtuti que nouit ex malis efficere bona: ⁊ lʒ deus malũ dirigat ad bonum sua intẽtione ⁊ ptãte: nõ tamẽ bono: ideo est etiã culpã qui illud malum agit mala intẽtione. ¶ Notandũ ꝙ alius est ordo naturalis: ali⁹ ordo a deo prouisus. Ordo naturalis est vt deum ⁊ ꝓximũ diligamus. ordo ꝓuisus ẽ tpalis rerũ dispositio que fatum vocatur. ⁊ licʒ ordinẽ naturalem sepe omittamus aliqd plus deo diligẽdo ⁊ ꝓximũ odiendo: tamẽ ordinẽ ꝓuisuʒ a deo nunq̃ effugies: quia nunq̃ aliter ꝓuenit q̃ deus ꝓuidet. vt si aliquid recedit ab ordine naturali relabitur in aliũ: vt si aliquid ẽ malum quo ad materiã: ipsum ẽ bonum in comparatiõe ad iusticiam: ita ꝙ in regno diuine ꝓuidentie: nihil relinquitur temeritati i.inordinatiõi. ¶ Neqʒ eñi phas est hominum. Hic phia excusat se de ampliori indagatõe causarũ. di. Neqʒ eñi phas est homini ingenio cõprehẽdere vel sermone explicare cũctas machinas.i.kãs vel dispositões diuini operis: hoc tamẽ sufficiat respexisse ꝙ deus ꝓditor.i.ꝓductor naturarũ disponat cuncta dirigens ad bonum. Et dum ea que ꝓtulit.i.ꝓduxit: per seriem.i.per ordinẽ fatalis necessitatis omne maliũ de terminis sue publice rei.i.mundi. quo fit vt mala credunt abũdare in terris: si spectes id est cõsideres ꝓuidentiã disponentẽ nihil ꝑpendas vsq̃ eẽ mali. Tũc inuocat Boe. ad cõsolationẽ metricã di. video te esse oneratũ põdere qõnis q̃ difficilis ẽ ⁊ fatigatũ ꝓlixitate orationis expectare aliquam dulcedinem carminis: igitur accipe haustũ dulcedinis metrice: quo refectus.i.recreatus firmiẽ cõtendas in vlteriora. ¶ Nota ꝙ dicit malũ nusq̃ esse in cõparatõe ad diuinã ꝓuidentiã: quia malum non est aliqua natura nec aliqua res: oĩs eñi natura ⁊ res appetit suam perfectionem. cum aũt appetibile habeat rõem boni: si malũ esset natura: ⁊ res appetens ꝑfectionẽ malũ esset bonũ. ¶ Notandũ ꝙ nullũ est malũ simplr ⁊ totaliter in mundo quin in cõparatione ad diuinã ꝓuidentiam habeat rationeʒ boni. vnde expedit multos defectus cõtingere in vniuerso ne multo bona tollantur. Si eñi nõ corrũperetur aer ignis nõ cõseruaretur: nec vita leonis cõseruaretur nisi occideretur agn⁹ vel asin⁹. neqʒ laudaretur iusticia nec patientia, si non esset iniquitas. ex quo pʒ ꝙ multa in cõpatõe ad nos sunt mala q̃ in cõpatõe ad diuinã ꝓuidentiã oĩa disponentẽ sm ꝙ meli⁹ cõpetũt vniuerso bona sũt. ¶ Metrũ sextũ quarti libri.

Metrum sextum.

SI vis celsi iura tonantis. Istud est sextum metrum bilius quarti. Sm quosdam adonicum: sm quosdam archiloicum: ab inventore tetrametrum: dactilicum a pede predominante. In quo metro philosophia commendat divinam providentiam in dispositione rerum. Et primo ex parte rerum que divina dispositione reguntur. Scdo ex parte rei regentis: ibi. Sed interea. Primo commendat divinam prudentiam in regimine corporum celestium, secundo in regimine elementorum, tertio in regimine temporum, quarto in regimine generabilium et corruptibilium. Secūda ibi. Hec concordia temperat. tertia ibi. His de causis. quarta ibi. Hec temperies.

SI vis celsi iura tonantis
Pura solers cernere mente
Aspice summi culmina celi:
Illic iusto federe rerum
Veterem servant sydera pacem:
Non sol rutilo concitus igne
Gelidum phebes impedit axem:
Nec que summo vertice mundi
Flectit rapidos vrsa meatus
Nunq̄ occiduo lota profundo
Cetera cernens sydera mergi
Cupit occeano tingere flammas:
Semper vicibus temporis equis
Vesper seras nunciat vmbras
Revehitque diem lucifer almum:
Sic eternos reficit cursus
Alternus amor sic astrigeris
Bellum discors exulat oris:
Hec concordia temperat equis
Elementa modis: vt pugnantia

Primo di. si tu solers id est sapiens vis pura mente cernere iura id est regimina quibus mundus regitur: celsi tonantis. i. dei: aspice culmina id est altitudines summi celi. Illic sydera servant veterē pacē. i. āntiquā ɔcordiā quā eis divina ꝓvidētia indidit iusto federe rerum. qr sol ɔcit⁹. i. ɔmotus rutilo igne. i. calore: nō impedit gelidū axem phebes. i. lune: nec vrsa que flectit rapidos meatus. i. mot⁹ circa polū septētrionalē: nūq̄ lota occiduo ꝓfūdo. i. mari occidentali: cupit tingere. i. mergere flāmas: occeano. i. mari cernēs cetera sydera mergi in mare. et loquit̄ more vulgari. credit enī vulg⁹ stellas q̄n occidunt descēdere in mare. et vesper. i. venus semꝑ equis vicib⁹ tp̄is nūciat seras vmbras noctis: et eadē ven⁹ existens lucifer revehit diē almū. i. clarū. Sic altern⁹ amor ꝓveniēs ex divina ꝓvidētia reficit alternos cursus sydeꝝ: sic. i. ꝑ talē mutuā cōcordiam bellū discors: exulat. i. expellitur ab oris astrigeris. i. a regionibus celestibus q̄ querūt astra. ¶ No. de hac dictione solers q̄ sm̄ Isi. interp̄tatur q̄si solut⁹ in arte vel vtilis: et sic debet scribi p̄ duplex. l. sed sm̄ Hug. dr̄ a solon qd̄ est totū vl̄ multum: et ars artis q̄si totus vel mult⁹ in arte: et sic dz scribi p̄ simplex. l. ¶ Nota q̄ deus magis denominatur tonās a tēpestate tonādi q̄ ab alia tempestate. qr maior horror per eā incurrit mētib⁹ hoīz q̄ per aliā. vnde p̄ tēpestatē tonandi hoīes magis inducūtur ad recogitandā divinā potentiā. ¶ Nota q̄ vrsa habens septē stellas circa poluz septētrionalē mota nunq̄ occidit: sed semꝑ nobis apparet: licet alie stelle nobis oriātur et occidāt. de venere aūt que de nocte sequitur solem: et de mane lucifer dicta precedit solem: visum fuit in libro secundo primo metro. ¶ Hec concordia temperet equis. Hic

philosophia cōmendat regimē diuine prouidentie in elementis dī. Hec cōcordia proueniens ex diuina prouidentia temperat elementa equis modis: vt humida elementa pugnantia .i. contraria cedant siccis: vicibus .i. viceuersa ꝙ qn̄qꝫ preualeāt humida: qn̄qꝫ sicca. ⁊ ꝙ frigora .i. elementa frigida iungāt fidem .i. concordiam .flammis .i. calidis elementis: ne vnum aliud totalit̄ corrumpat. ⁊ hec cōcordia facit vt pendulus ignis surgat in altum .i. moueatur sursum: ⁊ terre graues pondere sidant .i. deorsum resideant. Tunc commendat regimē dei circa tēpora dicēs. Hisdē causis .i. similib⁹ causis p diuinam prouidentiam ordinatis annus florifer .i. in quo abundant flores: spirat odores ipso vere id ē tempore veris: tepente id est: incalescēte. estas feruida siccat .i. matutat: cererem .i. fruges. Autūn⁹ remeat id est reuertit: grauis id ē onerosus pomis: ymber defluus irrigat hyemem. Tunc cōmendat regimē dei circa generabilia dī. Hec tēperies id ē temperata dispositio prouidentie diuine alit ⁊ profert quicqd in orbe spirat vitam id est quicquid viuit. et eadē temperies rapiēs ea que facit condit id est abscondit: et aufert scꝫ ab esse mergēs orta scilicet producta: supremo obitu id est vltima morte. ¶ Notandum ꝫm cōmentatorem. viij. phi. Primum antiquum nihil facit sine secundo antiquo id est celo. ergo prima causa generationem et corruptionem elementorum et omnium in mundo et tēporum distinctionē operatur mediantibus corporibus celestib⁹. Unde in li. de pomo Aristo. scribitur ꝙ creator oīm sua sapientia preparauit speras: et i qualibet spera stellas lucidas: et dedit ipsis virtutem dominandi in hoc mundo faciendi boni ⁊ malum: mortem et vitam si incedūt stelle ꝫm virtutem ipsis a creatore datam: scd̄m desiderium et voluntatem eius in ascendendo et descendendo: nunc de oriente ad occidentem: nunc de occidente in orientem sine cōtradictione. ⁊ omnes stelle sunt sicut serui domino obedientes. et cursus et motus earum non est a seipsis nec virtute earum: sed est creator qui facit eas moueri. ¶ Sedet interea conditor altus. Hic cōmendat diuinā prouidentiam ex parte regentis dī. Interea dum res sic geruntur: altus conditor id ē summus creator rerum deus sedet id est in se immutabiliter manet regens omnia: flectit id est moderatur habenas rerum id ē frena: existens rex per sapientiam gubernationis: dn̄s per potentiam creationis: fons omnis bonitatis ⁊ origo oīm et ipse a nullo: lex omia ligans: ⁊ sapiens arbiter id est iudex equi id ē equitatis oībus tribuens ꝫm iusticiā. qui. s. deus oīa regēs concitat .i. excitat entia: ire .i. pcedere ad esse motu .i. p motum: ⁊ sistit .i. permanere facit ad tēpus in esse retrahens oīa ad nō esse. ⁊ ipse firmat per grām vaga .i.

Vicibus cedent humida siccis:
Iungant fidem frigora flammis:
Pandulus ignis surgat in altum
Terreqꝫ graues pondere sidāt.
Hisdem causis vere tepenti
Spirat florifer annus odores:
Estas cererem feruida siccat.
Remeat pomis grauis autumnus.
Hyemē defluus irrigat ymber.
Hec temperies alit ac profert
Quicquid vitam spirat in orbe:
Eadem rapiens condit et aufert
Obitu mergens orta supremo.
Sedet interea conditor altus
Rerumqꝫ gerens flectit habenas
Rex et dominus fons et origo
Lex et sapiens arbiter equi:
Et que cum motu cōcitat ire:

instabilia per naturam. Nam nisi deus reuocans rectos ictus id est rectum progressum qui est ab esse ad non esse cogat iterum .i. reducat etiam flexos orbes .i. in quasdam circulationes ea que stabilis ordo diuine prouidentie continet. ipsa dissepta .i. separata a suo fonte .i. a suo principio quod est cum deus fatiscant .i. deficiant et ad nihilum deueniant. Hic fons est communis amor cunctis entibus: et cuncta repetunt teneri .i. conseruari fine boni .i. per finem boni: quia res aliter non queunt .i. non possunt durare .i. in esse perpetuari: nisi econuerso amore refluant .i. redeant cause .i. ad causam primam que dedit eis esse per creationem.

Sistit retrahens: ac vaga firmat:

Nam nisi rectos reuocans ictus

Flexos iterum cogat in orbes

Que nunc stabilis continet ordo

Dissepta suo fonte fatiscant.

Hic est cunctis communis amor

Repetuntque boni fine teneri:

Quia non aliter durare queunt

Nisi conuerso rursus amore

Refluant cause que dedit esse.

¶ Notandum quod entia reguntur a deo per quandam circulationem secundum quam quodammodo perpetuantur in esse. Verbi gratia. deus disposuit sic res vt ex semine proueniat herba et econuerso ex herba producatur semen. sic in generatione elementorum fit quidam circulus: dum ex aere generatur ignis et iterum ex igne aer. Item in creaturis rationalibus que progrediuntur a deo productione nature fit iterum reflexio ad ipsum deum per reductionem gratie: vt sic nihil permaneat in rebus ens et perfectum nisi per quandam circulationem: et hoc innuit philosophia in littera. ¶ Notandum quod finis ad quem omnia naturali appetitu tendunt est ipsum summum bonum quod est deus. hunc finem subsequuntur rationabiles creature per operationem intellectus et voluntatis, sed irrationabiles creature consequuntur ipsum solum per hoc quod ipsum representant per quandam participationem essendi: et ideo eodem appetitu tendunt in suum vltimum finem: et hoc innuit in littera cum dicit Hic est cunctis communis amor.

¶ Prosa septima libri quarti.

Am ne igitur vides quid hec omnia que diximus consequatur? Boe. Quid nam inquam? Philosophia. Omnem inquit bonam prorsus esse fortunam. Boe. Et quid fieri potest? P. Attende inquit cum omnis fortuna vel iocunda vel aspera: tum remunerandi exercendiue bonos: tum puniendi corrigendique improbos causa deferatur: omis bona

¶ Prosa septima quarti libri.

Am igitur dico Ista est septima et vltima prosa huius quarti: in qua philosophia conducit quandam conclusionem ex premissis. Et primo facit hoc: Secundo subiungit quandam exhortationem. secunda ibi. Quare inquit. Primo ponit conclusionem intentam. Secundo comparat eam ad opinionem vulgi. Secunda ibi. Sed eam. Primo dicit. Vides ne iam o Boeti. quid consequatur hec omnia que diximus. di. Boe. quid inquam? Et philosophia. Omnem fortunam prorsus esse bonam di. Bo. Et quid nam inquam .i. quomodo hoc potest fieri. Cui philosophia Attende inquit cum omnis fortuna siue iocunda siue aspera deferatur causa remunerandi vel exercendi bonos: vel causa puniendi vel corrigendi improbos: patet quod omnis fortuna est bona quam vel constat esse iustam sicut illa que punit malos et premiat bonos: vel constat esse vtilem sicut que exercet bonos et corrigit malos. di. Boe. nimia .i. valde vera est ratio. et si prouidentiam quam pauloante docuisti et fatum considerem: tunc sententia est nexa .i. firmata firmis viribus id est rationibus. ¶ No. quod ex quo secundum diuinam prouidentiam bonis et malis nunc prospera nunc aduersa eueniunt: bonis propter remunerationem prospera: et propter exercitationem in virtuti

o

bus aduersa:patet φ prospera fortuna remunerans et aduersa exercitans est bona. Item cum prospera fortuna malos emendetiue visum est prius:τ aduersa ipsos corrigat et iuste puniat:patet etiā ipsam esse bonam. ¶ Sed eam si placet. Hic comparat hanc conclusionem ad opinionem vulgi ostendens eā vulgo esse inopinabilem:et inquirit quid vulgus sentiat de qualibet fortuna. Secūdo ex opinione vulgi concludit quoddam contrarium ipsi vulgo:ibi. Vide igitur. di. ergo O philosophia si placet eam opinionem φ omnis fortuna sit bona nūerem⁹ inter eas opiniones quas pauloante posuisti inopinabiles. di. phīa. quid. i. propter qd? Boe. di. quia cōis sermo hoīz istud vsurpat id ē in vsum capit quorūdā fortunā eē malā quorūdā bonam. τ di. phīa. Vis ne O B. accedam⁹ paulisp sermonib⁹ vulgi ne nimiū videamur recessisse ab hūanitatꝫ vsu hoīm. di. Boe. vt placet. τ phīa. Nōne cēsea bonūz qd̄ pdest. di. Bo. Ita est inq̄. Phīa. Fortuna quī aut exercet aut corrigit prodest. di. Boe. Fateor inq̄. τ iō concludit phīa. Oīs fortuna bona ē que exercet τ corrigit. di. Boe. qd̄ ni id ē quare nō. τ addit phīa. hec fortuna q̄ exercet est eorū hoīm qui positi in virtute gerūt bella τ contra aspera:sed fortuna que corrigit ē eorum hoīm qui declinātes a vicijs arripiunt iter virtutis. di. Boe. Negare nequeo. Querit phīa. Quid est de fortuna iocunda que tribuitur bonis in premium. Num id est nunqd vulgus dcernit id est iudicat eā esse malā. di. Boe. nequaq̄. verū pro sed cēset id est iudicat eā eē optimam sicut est. Querit vlterius philosophia. Quid de reliqua fortuna que punit:que cum sit aspera τ coercet malos iusto supplicio:num. i. nūquid popul⁹ i. vulgus putat eam esse bonam di. Boe. immo iudicat esse miserrimā oīz q̄ excogitari psit. ¶ Notandum φ oīs fortuna vel ē ad exercendum bonos et corrigendum malos homines:vel est ad

est quā vel iustā cōstat esse vel vtilē. B. Nimis quidē inq̄ vera rō. Et si quā pauloāte docuisti prouidētiaz fatū ve cōsiderē firmis viribus nexa suia. ¶ Sz eā si placet inter eas q̄s inopinabiles pauloante posuisti numeremus. P. Et qd̄ inq̄t. B. Quia id hoīm sermo cōis vsurpat et q̄dem crebro quorundā malā esse fortunā. P. Vis ne igitur inquit paulisper vulgi sermonibus accedamus? Ne nimium velut ab humanitatis vsu recessisse videamur. Boe. Vt placet inq̄. P. Nōne igitur bonum censes esse quod prodest? Bo. Ita est inq̄. P. Que vero aut exercet aut corrigit prodest. B. Fateor inq̄. P. Bona igitur. Bo. Quid ni? P. Sed hec eorum est qui vel virtute positi contra aspera bellum gerunt:vel a vicijs declinantes virtutis iter arripiūt. Boe. Negare inq̄ nequeo. Philosophia. Quid vero iocūda q̄ in premiū tribuitur bonis:non vulg⁹ malam esse decernit? Boe. Nequaq̄. verū vti ē ita quoq3 esse optimā cēset. P. Quid reliqua q̄ cū sit aspera et iusto supplicio malos coercet:nū bonā populus putat? Boe.

remunerandum bonos et puniendum malos: fortuna que est ad exercendum bonos et corrigendum malos homines vtraq3 est bona etiam sm̄ opinionem vulgi: quod probat philosophia. Illud quod prodest est bonum: sed fortuna que exercet bonos homines prodest bonis:et que corrigit malos prodest malis:ergo vtraq3 est bona. Fortuna autem que exercet ē bonorum que gerūt bellum contra vicia. fortuna que corrigit est malorum qui declinant ad virtutes. fortuna autem que remunerat bonos:bona est etiam sm̄ vulgares. sed que punit malos oīm pessima est sm̄ vulgares. et hanc opinionem vulgi de vtraq3 fortuna phīa tangit in littera. ¶ Vide igitur. Hic phīa ex concessis a vulgo concludit quod

dam inopinabile ⁊ contrariū vulgo.s. malā esse fortunā tm̄ malorꝫ: cū tn̄ opinet vulg⁹ vt plurimū esse malā fortunā euenire bonis. ⁊ di. vide ne nos sequētes opinionē ppli.i. vulgi: cōfecerim⁹.i. ꝯclusei im⁹ quoddā valde inopinabile apud vulg⁹. Quid inq̄. di. Boe. Ex his eni q̄ ꝯcessa sunt scd̄m opinionem vulgarē euenit ꝙ eorꝫ q̄ sunt in pfecta possessione virtutis vel in ꝓfectu vel in adeptōe virtutis oēꝫ fortunā eē bonā: siue sit ꝓspera siue aduersa, manētib⁹ aūt in iprobitate oēꝫ fortunā eē pessimā. ⁊ di. Bo. hꝫ verꝫ est scd̄ꝫ vulgares: tamētsi ꝓ q̄uis nemo audeat ꝯfiteri hꝫ ꝟitatē: q2 in rei ꝟitate oīs fortuna bona est tā bonorꝫ q̄ malorū vt ꝓbatū. ¶ Notandū ꝙ oīs fortuna vel est remunerās vel exercens vel corrigēs. fortuna remunerās est eorꝫ q̄ sunt in possessione virtutis. fortuna exercēs ē eorū qui sunt ī ꝓfectu virtutis. fortuna corrigēs est eorꝫ q̄ incipiūt esse virtuosi. Ex quo relinquetur ꝙ eorꝫ qui ꝑmanēt in malicia sit fortuna pessima: ⁊ hoc est verꝫ scd̄m opinionē vulgares. ¶ Nota ꝙ q̄libꝫ fortūa pōt dupliciter considerari. Uno mō in ꝯparatōe ad cām vlēꝫ q̄ oīa regit ⁊ disponit ordinando singula in finē eis ꝯuenientē. sic oīs fortuna est bona vt ꝓbatū est. vel pōt ꝯparari fortuna ad illum cui euenit: ⁊ sic solum illa dr̄ bona que aliqd̄ bonū confert illi cui aduenit: ⁊ illa mala q̄ nihil boni ꝯfert. ¶ Quare īquit. Hic facit quandā exhortationē dicēs. Ex quo oīs fortuna est bona: sapiens vir nō debꝫ moleste ferre quotiens adducit̄ in certamē fortune.i. cū fortuna: ⁊ non decet fortē virū indignari id ē turbari quotiēs increpuit.i. insonuit: bellic⁹ tumult⁹.i. strepitus. Nam ipsa difficultas bellandi ⁊ resistēdi fortune est vtricꝫ: viro forti et virtuoso materia id est causa glorie ꝓpagāde. exercitium eñ bellicū est causa glo

Immo oīm que cogitari possunt iudicat esse miserrimā. Phia. ¶ Uide igitur ne opinionē populi sequentes quoddā valde iopinabile cōfecerim⁹. Boe. Quid inq̄? Phia. Ex his eni ait q̄ cōcessa sunt euenit eorꝫ quidē qui vel sunt i perfectōe vel i ꝓfectu vel in adeptōe virtutis oēm quecūqꝫ sit bonā: in iprobitate vero manētib⁹ oēm pessimā esse fortunā. Boe. Hoc inq̄ verū est ita: tametsi nemo audeat cōfiteri. P. ¶ Quare inq̄t ita vir sapiēs ferre moleste non debet quotiēs in fortune certamē adducit̄: et virū fortē nō decet indignari quotiēs increpuit bellic⁹ tumult⁹: vtricꝫ enī huic quidē glorie propagāde: illi vero cōfirmande sapientie difficultas ipsa materia est. Ex quo et cū virtus vocatur quod suis viribus nitēs non supetur aduersis. neqꝫ enim vos in profectu positi virtutis diffluere delicijs et emarcescere voluptate venistis: prelium cuꝫ omni fortuna nimis acre conseritis. Ne vos

rie viro forti. Illi vero.s. viro virtuoso resistentia fortune est materia.i. causa: confirmande sapientie.i. virtutis: ex quo.i. ex qua victoria talis difficultas virtus vocatur. Dicitur eñ virtus eo ꝙ suis viribus nitens non superetur aduersis. ⁊ subdit. Neqꝫ eñ vos positi in profectu id est in via virtutis venistis in mundum diffluere delicijs ⁊ emarcescere voluptate: prelium nimis acre conseritis id ē iudicabitis fieri cum omī fortuna: ne tristis fortuna vos opprimat eijciendo in desperationem: aut iocunda corrūpat alliciendo ad voluptatem, occupate.i. tenete ergo medium virtutis firmis viribus: quia quicqd infra subsistit a medio ꝟtutis deficiēdo: aut vltra ꝑgreditur mediū virtutis excedendo: illud habet contemptum felicitatis.i. virtutis ⁊ non habet premium laboris: ⁊ in vestra manu.i. potestate situm est qualem fortunam velitis vobis formare scilꝫ bonam vel malam. Omnis eñ in fortuna que videtur aspera aut exercet bonos aut punit malos ⁊ sic est bona. ¶ Notādū ꝙ philosophia hortatur sapientes ad magnanimitatem cum dicit, Sapiens non debet moleste ferre fortunam. Nam secundum Aristotelem in

eluicis. Sapiens bene scit ferre fortunas quia bz se sine vituperio sicut tetragonū. Corp⁹ eñi tetragonū quocūq͵ pijcitur firmiter stat. ⁊ magnanim⁹ est qui ɔtra difformes insult⁹ fortune viuacium mentis constātia militat. ¶ Notandū q̄ virtus ɔsistit in medio inter duo vicia extrema ad quoꝝ vnū impellit ꝓspera fortuna: ad aliud aduersa. vel bi gratia. Aduersitas impellit ad desperationē ⁊ timiditatē: prosperitas aūt ad ꝑsumptionē ⁊ audaciā: inter q̄ ɔsistit mediū virtutis cui⁹ excessus, vel defect⁹ est vicio sus. ⁊ hoc innuit phīa in lrā. ¶ Nota q̄ in ptāte hoīs est facere fortunā qualē vult scz bonā vel malam: qḋ declarat phīa in aduersa fortūa: quia si eā accipim⁹ bono aīo ꝓ exercitio ⁊ correptiōe ipsa ē bona. Si aūt eā toleram⁹ inuiti etiā ꝓ pena: ipa est mala.

aut tristis opprimat aut iocūda corrūpat firmis medium virib⁹ occupate. Quicq̄d aut infra subsistit aut vltra progreditur: habet et contēptum felicitatis: nō habet premiūz laboris. In vestra est eniz situm manu qualē vobis fortunā formare malitis. Oīs eñi q̄ videtur aspera: nisi aut exerceat aut corrigit punit.

¶ Metruz septimuz quarti libri.

Bella bis quinis operatus annis
Ultor atrides frigie ruinis
Fratris amissos thalamos piauit:
Ille dum graie dare vela classi
Optat et ventos redimit cruore
Exuit patrem miserumq͵ tristis
Federat nate iugulum sacerdos.
Flevit amissos ytacus sodales
Quos ferus vasto recubans in antro

¶ Metrū septimū quarti libri. Bella bis quinis operat⁹ annis ⁊c. Hic icipit septimū metrū ⁊ vltimū metriz hui⁹ quarti qḋ dicit sapienū ab inuētore: trochaicuz a pede ꝑdominăte. in quo phīa cōfirmat suā exhortatiō exemplo viroꝝ fortiū qui spretis voluptatibus magnos subierūt labores spe laudis et glīe. Et primo ponit plura exempla. Scdo hortatur nos ad imitationē coꝝ ibi. Ite nunc fortes. ꝑma ps posset diuidi in tot partes quot exēpla ponit q̄ patebūt. Primū exēplū est tale. Paris filius Priami regis troiano ī greciā ꝓfectus rapuit Helenā vxorē Menelai: et duxit eam in frigiā regionē. Menelaus aūt cōquestus fratri suo Agamēnoni hoc factum. Menelaus ɔuocatis pricipib⁹ grecorū trāsfretauit in frigiā: et obsedit troiam decem annis: quā tandē destruxit: ⁊ maiorib⁹ interfectis populū captiuauit. Cū aūt Agamēnon ꝓficisceretur versus troiā per quandā insulā vbi factus est ei vent⁹ contrari⁹: requisiuit vates q̄d esset faciendū. qui dixerūt q̄ nō haberet ventū ꝓsperū nisi placaret dyanā sacrificādo et suā filiā. Cū lz hoc videretur duꝝ ꝓpter pietatē paternā: tñ suadēte vlixe spe laudis ⁊ glīe sup victoria obtinēda ɔsensit vt eā īmolaret: quo facto obtinuit ventū ꝓsperū ad voluntatē. Dicit ergo in littera. atrides id est Agamēnon atride filius et fīs vltor: opat⁹ bella bis quinis. i. decē annis: piauit. i. purgauit vlciscēdo: amissos thalamos. i. vxorē ɔtentā in thalamo fratris menelai: ruinis. i. destructiōib⁹: frigie. i. troie que sita fuit in frigia. dū ille Agamēnon optat dare. i. exponere: vela graie classi. i. naui grecali. ⁊ dū redemit ventos cruore filie sue: ipse exuit. i. deposuit patrē. i. pietatē paternam. ⁊ sacerdos tristis existens federat. i. in federe sacrificat: miserū iugulū. i. collum vel guttur: nate. i. filie Agamēnonis. scdm Hugui. eñi iugulū i. idem qḋ guttur vel gutturis incisio. ¶ Flevit amissos ytacus sodales. ¶ Hic phīa ponit scdm exēplū in quo declarat fortia acta ipsi⁹ vlixis intendēs talē fabulā. Ulixes rediēs de bello troiano decē annis errauit in mari sustinēs multa aduersa. tandē casualiter venit ad antrū poliphemi

solum in media regione aeris generatur. ¶ Niuis prolixitas id est longitudo: quoniam non sicut grando ad rotunditatem tendit. Ad hanc questionem septimam dico quoniam nix generatur ex vapore eleuato sursum ad principium secunde regionis aeris: et ibi iste vapor congelatur propter frigiditatem non tamen excessiuam et propter defectum solis ipsum ad superiorem partem vel medium secunde regionis attrahere non valentis quapropter cadit in terram ita debiliter congelata et spongiosa atque rara de quo questio querit. ¶ Nebule potentia. Ad hanc octauam questionem dicendum prout refert Aristo. nebula est impressio facta ex resolutione nubium resolutarum in aquam pluuialem. vapores enim sic resoluti dispersi per singulas aeris partes ac diffusi nebulam gignant et inducunt. et quanto terre est vicinior: tanto spissior est et obscurior: a terra vero eleuata magis est soli peruia: et ideo nimis frigida et obscura. ipsa autem totaliter a sole attracta in materiam nubis conuertitur et ideo future pluuie est significatiua. ¶ An virtus lapidum. Hac questione de virtute lapidum queritur an scilicet lapidum virtus ex complexione lapidum sit, vel ex ipsa materia. Pro cuius questionis solutione premittendum est id quod a philosophis peritissimis iam longe ostensum est. omnis lapis materiam esse aut speciem cuiusdam terre: aut speciem quandam aque. vincit enim in lapidibus alterum istorum: et secundum diuersam victoriam diuersi lapides generantur occurrente super ipsa duo virtute minerali lapidum quam formatiuam dicunt. sicut enim in semine animalis quod est superfluum nutrimenti descendit a vasis seminariis vis formatiua animalis que format et efficit animal: et est in semine per modum illum qui artifex est in artificiato: sic est etiam in materia ipsa aptata lapidum virtus formans et efficiens lapides et producens ad formam lapidis huius vel illius. hec autem virtus formatiua in materia ipsa lapidum generatur et causatur ex virtute stellarum infusa ipsi loco. et hec omnia in fractione et commixtione lapidum reperta sunt. quare questioni satisfaciendo dicimus. cum virtus ipsa elementaris que materia lapidis est paucissimas post se relinquat operationes atque pene surdas: atque etiam infinitas pene et nobilissimas virtutes vt effugare venena: pellere antraces et similia: que ex virtute elementari esse non possunt in lapidibus consistere clarum est: concluditur necessario virtutem lapidum esse ab ipsa forma substantiali prio intentata a natura atque ab ipsa virtute formatiua a virtute celesti loco infusa in materiam ipsam elementarem introducta non quidem ab elementis vt Alexandro greco peripatetico opinatur: quoniam elementa operari non possunt nisi qualitatibus primis: virtutes autem ad qualitates primas reduci non possunt: neque etiam ab ipsis ydeis virtus lapidum est vt plato voluit: qui omnia inferiora sydera dicit a superioribus ydeis quos separatas et mire potentie esse dicebat. Ille enim sunt que generant quicquid generatur: vt asserit: licet falso: vti de hoc alias iam longe disputatum est. Sed pertractum est prout etiam vult Hermes philosophus pater et plures indorum virtus lapidum primo ex virtute stellarum et ymaginibus earum et secundum modum iam dictum per infusionem circuli alatur: descenditque hec virtus in res nature nobiliter et ignobiliter. Nobiliter quando materie recipientes has virtutes fuerint superioribus magis similes in lumine et perspicuitate. Ignobiliter quando materie fuerint confuse et feculente: quibus quasi opprimitur virtus celestis. sic secundum diuersitatem influxus illorum superiorum diuersas virtutes lapidum fore constat: sic saphirus suam: dianias suam. Carbunculus quoque atque magnes quilibet suas operatur virtutes. quare etiam dicendum adamantinam virtutem ex hac superiori constare virtute: non autem ex approximatione ferri ad ipsam: quamuis vt per virtutem operetur approximatio ista requiratur: et tantum de hac questione. ¶ Quid pluuie dulcedo? Hac questione queritur causa dulcedinis pluuia

um. Ad quod dicendum ꝙ calor solis attrahēs superi⁹ aquā: ⁊ vapores ipsos calefacit atq̃ digerit: ex qua digestione generat̃ dulcedo ī aquis illis sic attractis: quas aquas pluuias appellam⁹. ¶ Pu- tei hyemalis caliditas. Ad hanc questionem dicēdo scd̃m sententiā Alberti magni licet dissonam q̃si ab Aristo. sentētia notādū ipm elementū terre duas habet crustas: vnā interiorē que est calida ꝑpt exaltatiōes illic inclusas: ⁊ aliam exteriorē que est frigida ꝑpter frigiditatē ad eam expulsaȝ a caliditate cruste interioris. Et tunc dico ꝙ aqua fontium in estate, frigidior ē q̃ ī hyeme. Et ratio est: quia in estate crusta exterior terre est multū frigida ꝑpter duplicem antiparistesim. s. extrinsecā aeris calidi: ⁊ intrinsecaȝ cruste interioris calide. In hyeme aūt est calida ꝑpter caliditatem expulsam ad eā frigiditate aeris circunstantis: ꝑpter qđ aqua illic existens et inde nō exiens in hyeme tēpida reddit̃ vbi ī estate est excellēter frigida. Et similis ratio reddi pōt de aqua putealī. ⁊ hec est sentent. a Alber.

Uisus triplex emissio

Colorumq̃ concretio.

Cum igitur istarum questionum difficilium solutio animum mutationis non posset adimplere: vxori proposuit subiugari predictis postpositis. Uisis vndiq̃ virginibus in tedium ductus: parentibus sic

¶ Uisus triplex emissio Hec questio querit que ē triplex visus emissio: quod tm̄ sonat: ex quo videntiū triplex genus est. aliqui enim acute vident: alij acutius: tertij acutissime. Que causa redditur tā diuersorum visuum. Et ad hoc respondendū notabiliter aduertendū est: ꝙ in organo visiuo quidā neru⁹ est quem opticum dicunt: in quo virtus visiua consistit: non ꝙ si oculi eneruētur oculi adhuc viderēt: q̄m oculi hōis sunt videndi instrumēta: sed q̄m in neruo illo fortitudo est visionis: vt ⁊ alijs ꝑtibus corporis nerui corporei substētatio sunt corpis atq̃ robur. vn̄ dicendū ꝙ illi qui habēt oculos ī supficie capitis maxime ab hoc neruo distēsos: veluti quodāmō a sua fortitudine elongatos acute vident. nō ꝙ acutum excellentiā dicat: sed visionē ipsam dūtaxat ponat. Illi aūt qui hn̄t oculos aliquātulū fixos vidēt acutius: sicuti ad neruū opticū magis appropiquātes. Illi vero qui oculos habēt hn̄ fixos atq̃ in capite quasi inclusos: q̄m lineā ⁊ neruū opticū qui est visionis fortificatio ꝓxima attingūt acutissime vidēt. Uel posset aliter rn̄deri ꝙ hec diuersitas oritur ex diuersitate organorū visus in magnitudine atq̃ paruitate. Oculi nēpe magni ⁊ extensi debili⁹ vidēt ꝙ parui, ꝑpter dilatione atq̃ disiunctionem ipsoꝝ radioꝝ visualiū: cū oīs visio fiat p radios: vt in ꝑspectiua hꝫ declarari. adunatio ergo vel disiunctionū radioꝝ visualiū debilitatē vel fortitudinē visionis generat: cum certū sit omnē virtutem vnitam fortiorem seipsa dispersa fore ⁊c. Colorūq̃ cōcretā .i. inspectio: vt hoc nomen verbale a concerno deriuetur. Et querit hec questio de ipsius visus obiecto qđ est color: nō quidem stricte sumptus vt. s. extremitas ꝑspicui in corpore terminato ꝑut ipm diffinit Aristo. in. ij. de aīa. ⁊ in p̄mo de sensu et sensato: vt albedo et nigredo ⁊ hmōi qualitates resultātes ex mixtione q̃tuor qualitatuȝ primaꝝ: q̄ nūc lux nō p se videtur: sed color ip se cōit et sumpt⁹ q̄ est qualitas p se imutatiua visus sub rōne visus: ⁊ sic lux ⁊ lumen dr̄ colores a philosopho. ij. de aīa. Sic etiā de colore loquit̃ p̄mo p̄to de sensu ⁊ sensato di. Oīa corpa colore pticipāt: necnō etiā astrologi dicūt astra diuersis colorib⁹ colorari. Et tm̄ de hac ⁊ per ꝯñs de om̄ibus questionib⁹ in sede Catonis per diuersas semi. circuli partes motis atq̃ depictio: ad quas persoluēdas cū filius incōstantie fastidienti animo minime valebat: ad aliud inconstantie genus se diuertit, ꝑut in textu proximo apparebit. ¶ Cū igitur illaꝝ questionum ⁊c. In hac pte Boeti⁹ post p̄dicta quartū diuersionis sue mutabilitatis gen⁹ incōstātie filij ostendit dicēs. Cum solutio istaꝝ questionū difficiliū: subaudi p̄dictaꝝ non posset adimplere id ē pficere: animū mutationis. i. filij incōstātie postpositis id est dimissis p̄dictis omnib⁹ ꝑposuit sup. animo subiugari vxori hoc est matrimoniū contrahere: sed q2 ductus in tedium .i. attediatus vndiq̃ ab om̄i parte virginibus respondit parentib⁹ his versiculis. Improbo corruptas lectos detestor aniles. Nil mihi cū torua virgine: solus ero. Corruptas quo ad viduas dicit. Aniles vero lectos quo ad vetulas refert. quod aūt de torua virgine di. expone .i. aspera. scd̃m Hugutio. virgines eī̄ aspere ad cōsuspendum sunt: ⁊ his omnibus refutatis atq̃ spretis concludit. solus ero sup. sine coniugio. Spretisq̃ predictis quintū instabilitatis genus ipsius inconstantie filij annectēs di. Spretis predictis: vt pote. i. sicut solutionib⁹ difficilib⁹ questionū sup. p̄missaꝝ filij inconstātie inquit: ego insistam .i. intendā decetero .i. deinceps: aduerbiū est. difficilib⁹ preceptis .i. documētis Ptholomei illius astrologorū principis. s.

supple inquit, cum gradus ille portiones signorum supple celestium: atque discursus id est varij motus planetarum sine altitudine turris non possunt comprehendi faciliter visu: quid faciã? et prorsus desperano. Miserum inquit est me esse hominem: vtinam optantis est: possem exuere humanitatem atque asinitatem id est naturam asini inducere: et hoc specie permutata. ¶ Nota quod Ptholomeus de quo in littera agitur filius regis egypti extitit, de quo Aug. xviij. de ciuita. dei dicit quod multos iudeos in egyptum transtulit, neque Philadelphus quem et studiosissimum dicunt: sed vir alexandrinus philudensis sapientiarum almagesti dignissimus demonstrator: atque multorum voluminũ astrologie scilicet Quadripertiti Almur de Cosmographie opticorum planisperij ymaginum, atque aliorum plurimorum editiones nobilissimas posteritati reliquit. Hic idem Ptholomeus sicuti et sui predecessores plurimi Hermes scilicet atque Azarchelus et alij totalem celestem circulum xij. signorum ymaginibus quo ad eam partem quam zodiacum dicimus complete descripsit, quodlibet autem signum .xxx. gradibus secuit: ad quorum graduum noticiam cum fili inconstantie fastidio retentus peruenire minime valuit, similiter quoque planetarum motuum humanitatem in asinitatem optabat permutari: estimans melius sub rudi atque indocili asinitate vitam bestialem degerere: quam sub dei ymagine creatoris mirabilia indagare. ¶ Sit ergo discipuli summa etc. In hac parte Boe. ex exemplo preintroducto totius precedentis capituli seriem epilogando concludit dicens. Nec omnia ista que premisimus tam de inconstantie filio quam alijs in hoc atque in precedenti capitulo exemplariter recitatis in quo quod contingant. Sit discipuli summa subiectio magistratui: sitque discipuli attentio exercitij: et hoc quo ad primum in quo ipsa constare cognoscitur: cum animi beniuolentia et illud pro secundo atque docilitate ingenij quo ad tertium quia pro et euitatio id est fugatio specierum luxurie, scilicet que in costu que in ornatu que in crapula atque commessationibus consistunt prout hec atque alia in primo precedenti capitulo edocta sunt: atque sit discipuli professio debita, id est ordinata felicis constantie: et bene felicis: quoniam hec sola est qua quis premium sui laboris dignum consequitur: consecutique felicius stabilitur: prout hec et alia in principio capituli huius non incongrue adducta sunt: quare de hoc capitulo tertio atque precedentibus dicta sufficiant.

respondit. Improbo corruptas: lectos detestor aniles. Nil mihi cum torua virgine: solus ero. Spretisque predictis vtpote solutionibus questionũ difficilibus Ptholomei de cetero preceptis inquit insistam. Sed cum signorum gradus planetarumque discursus sine turris altitudine facili visu comprehendi non possunt: quid de cetero faciam. Miserum est me esse hominem. Vtinam humanitatem exuere possem et asinitatem induere: specie hominis permutata. Sit ergo discipuli summa magistratui subiectio: exercitij attentio cum animi beniuolentia et ingenij docilitate: specierum luxurie euitatio: felicisque constantie debita professio.

Capitulum quartum.

Omnia siquidem supius expedita de scholarium informatione sunt infixa. Nunc de eorum sagaci prouisione breuiter est tractandum. Cum ergo humani corporis complexio flegmate sanguinea colera et melancolia consistat

¶ Capitulum quartum.

Omnia siquidem superius expedita ℞c. Hoc est capitulum quartum huius libri totalis. In quo Boe. post predicta determinat de sagaci scholarium prouisione. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes principales. nã in prima determinat de sagaci scholarium ꝓuisione et hoc quo ad eos scholares qui rerum copia prestãt: atq; necessarijs omnibus pleno cornu abundant. in secunda vero facit hoc idem sed quo ad illos q̃ paupertate grauati quotidianũ victum labore atq; industria mendicare cogũtur: ibi. Ne paupertatis. Prīa pars adhuc in tres partes diuiditur. nam ꝓmo facit qđ dictũ est quo ad ea q̃ complexiones scholarium respiciũt: in scđa quo ad ea q̃ res ipsas exteriores personã subsidiantes famulos concernunt. in tertia ꝓo q̃ socios fideles cõtingunt. secunda ibi. Cum autem nil discrepano. tertia ibi. Prudẽtis vero. Prima adhuc in duas nam primo facit quod dictum est. secundo quoddam prius dictum circa subiectionem discipuli erga magistrum reassumit: ibi. Felicis discipuli ℞c. Prima adhuc in quattuor secundum complexionum genera: partes patebunt. Et primo continuando se ꝓcedẽtibus di. ꝙ omnia que superius expedita sunt ipsa sunt insita id est data ⁊ dicta de scholarium informatione. nũc vero quoniã ip̃a natura ꝑ se non est sufficiens ad speculandũ nisi affuerint res scĩe quarum forma ẽ domina: ideo tractandum est breuiter de sagaci prouisione scholarium: et hoc ne penuria atq; egestate a doctrina atq; studio quomodolibet retrahantur. Sed cum complexio humani corporis consistat suffulta id est munita flegmate sanguinea colera et melancolia: his dico quattuor humoribus corporeis necesse est quẽlibet scilicet hominem elicere id est extrahere sup. ex his quattuor humoribus preeminentiam id est dominium quoddam quo denominetur. vult dicere: ex quo humanum corpus quattuor humoribus constituatur: necesse est cum huiusmodi humores alter ad alterum sint contrarij: quendam in ipso corpore dominari qui ip̃m denominet: vt scilꝫ sit aut melancolicum: aut flegmaticum: aut colericum: aut sanguineum. ¶ Nota humor est corporum sensibilium materiale principium. Et sunt in corpore humano quattuor vt iam dictum est: qui vt dicit Johannitius vocantur elementorum filij: eo ꝙ vnusquisq; eorum et ex eorum originaliter constet qualitate. hi quattuor humores in quãtitate ⁊ qualitate equalitatẽ proportione debita obseruantes: sola corpa sanguinem hñtia pficiunt nutriunt ac custodiũt in debita consistẽtia sanitatis: sicut econtrario ex eorum inequalitate siue infectione infirmitatẽ generẽt et inducunt. Fuerunt enim hi humores vt dicit Galienus super amphorismis ypocratis eos Chimos vocans necessarij multum ad temporis constitutionem: et ad ipsius regimen ⁊ cõseruationẽ. atq; continente deperditorum in corpore restaurationem. neq; tamen equalibus virtutibus simpliciter in corpore sunt subsistentes cum oppositi essent: ergo simul stare nõ potentes: sed solũ proportionaliter equalitate: vt sic inter eos vnus illorum dominiũ obseruet: quare dictũ ẽ in lr̃a necesse ẽ quẽlꝫ elicere ꝑeminẽtiã ℞c. i. hr̃e quẽdam humorẽ in se plus ceteris dñantem.

suffulta: ab aliquo predictorum necesse est quemlibet elicere preeminentiã. Melãcolico veró pigriciet tioriq; subiecte locis secretis ⁊ ãgulosis strepituq; carentibus lucisq; paruz recipientibus studere ẽ oportunum. Saturitatemq; declinem serasq; cenas precauere: potibusq; mediocribꝰ gaudere ad nature studiũ prout studij desiccatio exegerit. Plenaria potius receptione ad mensurã cõfoueri ne nimij studij proteruitas tisim generet ãhelam toracisq; strictitudine

¶ Melãcolico vero pigriciet ℞c. In hoc pte Boe. ostẽdit spẽaliter quõ discipulis ac scholaribꝰ scđm suã cõplexionẽ dꝫ ꝓuideri circa studiũ victu vestitu atq; loco: quo ad eos: spẽaliter q̃ in hũore melancolico plus ceteris supstare noscitur. Et dicit ꝙ oportunũ ẽ. i. cõgruũ melãcolico subiecto pigriciet studere locis secretis ⁊ angulosis. i. angulis plenis: qm̃ ipsi sunt timidi naturaliter: et iõ si in latis atq; speciosis domibus studio vacarent atq; a lõge vmbras respicerent. in timorem possent adduci atq; tandem studio frustrari. locis etiam carentibus strepitu: et hoc propter debilitatem complexionis q̃ non est capax tumultus. locis etiam parum lucis recipiẽtibus hoc est obscuris: ⁊ hoc ob visus debilitatem: et summarie omnibus in locis solitarijs ⁊ his que complexioni magis cõuenire noscuntur. In sup oportunum est ipsi melãcolico precauere saturitatem. i. ciborum repletionẽ: d... ẽ ab ...

onerosam. et hoc propter debilitatem virtutis digestiue: cum in ipsis calor naturalis tenuis sit atq; paucus. natura vero frigida ad modū superhabūdat: et ideo oportunū est ipsi precauere cenas serotinas. id est tardas: atq; propterea oportunū est ei gaudere potius mediocribus: prout desiccatio studij exegerit id est desiderat: vt scz acuitatem fumositatē nō habeat: vt est vinū fumosum quod omnino contrariū est sue nature sicuti et cuiuslibet. ipsū enim sicuti ꝛ in precedentibus iam edoctum est studium atq; contēpla tionem obnubilat atq; a via doctrine prorsus adducit: sz nihilominus oportunū est desi ipsū confoueri. i. nutriri plenaria. i. copiosa receptione potus: ꝛ hoc pro ut desiccatio studij requirit: nempe humiditas. id ē curiositas nimij studij sup. quo exsiccotiuum humoris est radicalis sicuti ꝛ quelibet cura: generet tisiz hūc morbum: anhelā id est anhelantē strictitudine thoracis id ē pectoris.

Flegmaticus vero licet strepitu vigentibus edibus lucisq; capacissimis: preceptis studij potest informari. Poculis plenioribus potest substentari. Cibarijs omnigenisq; cōfoueri. Venereoq; accessu si phas est

¶ No. melancolicus a melancolia dictus est: q̄ est sanguinis nigri cum felle mixtio: ꝛ ē complexionum pessima. dr nempe a melē qd̄ est nigrum et chole fel: eo q̄ ē ex nigri sanguinis fece ammixta abundantia fellis. Inde melancolicus cuius proprietates et mores atq; natura cōmuniter dio versibus recitātur. Inuidus ꝛ tristis: fallax luteiq; coloris. Non expers fraudis timidus dextreq; tenacis qm̄ parcus ē. Assimilaturq; hec cōplexio terrene cōplexioni q̄ frigida ē et sicca: sic ꝛ melācolia. ꝛ licet hec cōplexio deterrima sit vt predictū est. nō eo minus affirmandum ē pene oēs viros claros qui aliq̄d laude dignū posteris reliquerūt hac cōplexiōe abūdasse: cū cōplexio hec bonā p̄stet memoriaz propter aquā et terram vt ex mente probat Raymūdus lulli in suo opere astrologie. aqua enī vt inquit est restrictiua auara ꝛ impressiua: ꝛ terra est subiectū spissum in quo durat impressio spērum q̄ memorate sunt. doses ergo melācolici maxime disponūtur ad magnas scientias acquirēdas: ꝛ propter hoc ad multiplicationem plurium specierūq;. hincq; nō absurde putandum est maiorē partē philosophorū melācolicos extitisse: qd̄ attēdēs phūs libro problematū ait. Quicūq; excellētes fuerūt viri aut scdʒ philosophiaz aut politicā aut poesim aut artes vocātur melācolici: etenī Hercules fuit huius nature. ꝛ occupantur ab egretudinibus q̄ sunt a nigra colera: ideo epilēticoꝝ egritudinē ab Hercule antiqui faciū morbū ꝛ herculeū vocabant. ¶ No. tisis ē viceratio pulmonis cum cōsumptiōe totus corporis. strīgit nempe hec viceratio cannā pulmonis q̄ fit inspiratio ac respiratio aeris. ꝛ hinc tisim anhelā. i. anhelātē conuenit appellari vt in lrā. inde ptisicus. Itē thorax pect⁹ est vel pectoris ps illa q̄ ē a collo vsq; ad stomachū quā nos dicimus archā: qz ibi archanū fit. i. stratū quo cetera arcētur. Dr etiā thorax lorica alias. vn̄ Iobā. xli. sub sistere nō poterit nec asta nec thorax. ꝛ desinit actūs in em vel in a indifferent: thoracem vel thoraca. ꝛ actūs pluralis in es vel in as: vt thoraces vel thoracas. vn̄ Virgili. in. x. Telo trāca viri: ꝛ bis sex thoraca petitū ꝛc. ¶ Flegmaticus vero licz strepitu. In hac pte Bo. insinuat quis locus studij ꝛ q̄ dispositio nutrimenti competat flegmatico. Et dicit. Flo pro sed flegmaticus potest informari preceptis studij in edibus. i. in domibus vigentibus strepitu hoc est murmure atq; clamore: atq; dombus capacissimis lucis hoc est edibus amplis apertis [illegible] atq; lucidis. Et hec quo ad locum: potestq; substentari: id est confoueri poculis plenioribus id est plenis ꝛ habūdantibus. et hic continens pro contento positum est poculā pro potu. ꝛ potest confoueri cibarijs omnigenis id est omnium generum: ꝛ hec quo ad victus dicta sunt: ꝛ sequitur. ꝛ si esset phas id est licitum dicere: ipse flegmaticus deberet permoliri mensurnus id est in mēse semel accessu venereo. i. coitu. ¶ No. ex quo. cōplexio hec flegmatica aque simillima est: ideo frigida ꝛ humida collocat. quare somni multum appetitiua ex superabundantia aque ꝛ frigiditate. hinc non immerito congruum reputatur flegmaticū locis tumultuosis atq; lucidis informari: quoniam si in locis quietis atq; obscuris studio incumberet citissime natura complexionis instigante somnolentia detineret: sz quoniam complexio sua propter frigus atq; humidum obliuionis germana consistit: conueniens est ipsum poculis atq; cibarijs calidis atq; omnigenis: similiter et actu venereo qui cōfractione sua calorem excitat confoueri atq; permoliri: vt sic qd̄ natura negat ciborum atq; potuum diuersa et opposita tribuat exhibitio. habentq; spermatis abundantiā: quapropter non indecēs est ipsos post mensem actu venereo exhilarari. Conditiones autem flegmaticorum atq; natura simul et mores his versibus cōiter mēorātur. Hic somnolentus: piger: in sputamine multus. Nil retinens sensu: pinguis facie: color albus. ¶ Sanguineus autem. In hac parte Boetius ostendit quid locus studij et que dispositio nutrimēti cōpetat sanguineo

set dicere mensarnus permolliri deberet. Sanguineus autem cuius complexionis fauorabilior est compago: omnibus edibus vel locis potest adaptari: quem ludendo sepius nouimus confoueri grauissima questione: quam si obliquantibus hirquis parietes solus occillaret. Tamen in hoc semper non est confidendum. Hunc cibariis leuioribus: potibusque gratissimis decet hilarari. Colericus vero pallide effigiei plerumque subiectus solitudini semper supponatur: ne nimii strepitus auditu bilem effundat in totam cohortem sicque magistratus venerabilem ledat maiestatem. O quam magistratus lesio vitanda est. Hunc cena grandiori nouimus sustentari: potuque fortiori deliniri. Cauendum

Et dicit Sanguineus autem cuius compago id est coniunctio vel compositio complexionis est fauorabilior id est melior ceteris: quia temperatior atque purior propter sanguinis dominium: potest adaptari omnibus edibus vel locis. Et huius signum quasi subdens ait. Quem ipsum scilicet sanguineum nouimus sepius confoueri questione grauissima id est difficillima ludendo quam si occillaret id est videret atque respiceret parietes hirquis id est oculis obliquantibus id est obliquis. q. d. quoniam nouimus sepius plus proficere sanguineos ludendo quam profunde meditando. De hinc restringens hoc quod dixerat dicit: tamen non est confitendum in hoc sup. prenarrato: et decet id est decens est et oportunum hilarari id est letificari hunc scilicet sanguineum cibariis gratissimis atque potibus leuioribus. sicenim sua complexio expostulat que leuitatibus gaudet atque leticia cum aerea sit, calida atque humida ex natura. ¶ No. ex quo sanguineus hilaritatem propter bonitatem sue complexionis que calida est et humida quibus scilicet caliditate et humiditate vita hominis plus constat: conueniens est ipsum omnibus locis amenis letis atque mundis adaptari. Illud autem quod dicitur sanguineum plus ludendo quam meditando proficere non absurdum est. facit nempe hoc ingenii sui viuacitas que in subiecto molli sue imaginationis radicatur: neque tamen ita stabiliter intellecta atque comprehensa retinet sicuti melancolicus propter complexioni admixtam humiditatem que potius obliuionis quam memorie mater est: plus tamen flegmatico retinet propter calorem humiditati admixtum. Et horum sanguineorum conditio natura atque mores facile his metris denotantur. Largus amans hilaris ridens rubeique coloris. Cantans carnosus satis audax luxuriosus. Illa littera habet. Cantans carnosus etc. ¶ Notandum prout refert Seruius hirquus est oculorum angulus vbi putredo colligitur et quidem ex nimia lascivia solent retorquere oculos ad hircos: inde dicitur hircus hic caper animal lasciuum cuius oculi ad libidinem in transuersum aspiciunt et ad hircos retorquentur. Item hilaro. i. letifico. vnde Macrobius. Verba non minus quam vinum hilarant conuiuium. et corripit ra. vnde Ho. in epistolis. Oderunt hilarem tristes tristemque iocosi etc. ¶ Collericus vero pallide. In hac parte ostendit Boe. quis locus studii et que dispositio nutrimenti competat colerico. et dicit. Colericus vero subiectus plerumque. i. sepius pallide effigiei. i. faciei supponatur. i. submittatur semper. i. continuo solitudini. i. loco solitario: et hoc ne ipse commotus auditu nimii strepitus effundat bilem. i. iram in totam cohortem. i. societatem: et per hoc sic ledat. i. offendat venerabilem maiestatem magistratus. et exclamans in lesionem magisterii inquit. O quam vitanda est lesio ista magistratus. et hec circa locum dicta sunt. hinc circa nutrimentum loquitur dicit. Et nos nouimus sustentari hunc grandiori cena atque deliniri. i. nutriri potu fortiori. Et circa hoc cautelam obseruandam ostendit dicit. sed tamen cauendum est sup. in exhibitione cibi atque potus huiusmodi ne extrahatur. i. excitetur mentibus rabidis. i. furiosis istius scilicet colerici. error. i. confusio litis. et hoc ex potus huiusmodi ministratione. q. d. summopere preuidendum est ne nimia potus exhibitio coleram eius nimium commoueat atque accendat: ne sociis lis atque guerra hoc occasione suscitentur. ¶ Nota prout dicit Constantinus in pantegni. li. ix. c. ii. Si corpori dominetur colera cutis erit glauca vel citrina. et hoc est quod in littera dicitur colericus subiectus pallide effigiei etc. Suntque ipsi qui dominium hoc in humore patiuntur generaliter iracundi animo inmansueti leues: impetuosi: quos ob res solitudini addicari iubentur prout littera sanatiue bilem in socios effundat, et expone bilem id est iram. Est enim bilis vt volunt grammatici

dum est autem ne litis horror potus amministratio ne istius rabidis mentibus extrahatur. Si autem quali tates assignare ignorans sit societas theoricos consulat: seqꝫ sic cognoscat. Pluribus vero menti⸗bus intimatum est gnotis eautos. Feliscisqꝫ discipu li discretio magistratui gaudeat subijci: eumqꝫ metu endo diligat: diuesqꝫ existat. Nec ei sub picturate di lectionis obtuitu Albinus existat detrahēdo. Quid enim detractore nequius? Ue magistratus detracto ri. Etiamsi fuerint mille cum eo: venienti magistro assurgat pro loco ꝛ tempore salutando: caputqꝫ incli net: eūqꝫ si iubeat assequatur: mansioniqꝫ eius si possit inserat cohabitando; vt sic castigatus non solū se mor deat: verum etiam si locus affuerit ad eū cōfluat inq⸗

fre sedes vel amaricatio ex fellis commotione procedēs. Sicut in Persio: Turgessit vitrea bilis, id ē ira. Proprietas autem atqꝫ mores huius colerici communiter his versibus commemorantur. Hirsu tus fallax irascens prodigus audax. Astutus gracilis siccus croceiqꝫ coloris. ¶ No. cohors licet pro prie multitudinem rusticorum significet: vt sic maior cohors quingentos: minor vero tricentos conti neat communiter: tamen pro qualibet multitudine conuenit accipi; sicuti et in littera acceptū est. ¶ Si autē qualitates. In hac parte Boe. antipophorisando cuidam tacite questioni respondet. Pos set enim quis dicere. multa satis de complexionum materie pre missa sunt. Boe. qua autē via in cognitionē harum determina te deueniendum sit: haud quan qꝫ demonstratur quid amplius. Cui questioni Boe. respondēs ait: qꝫ si societas scholarium sit ignorans assignare id est discer nere qualitates id ē complexio⸗nes que ex quattuor qualitati⸗tatibus deriuantur vt supra de monstratum est: consulat theo⸗ricos id est sapientes medicos: et his consultis sine dubio se a⸗gnoscat atqꝫ complexionem su⸗am. Pluribus vero pro sed men tibus intimatum grecum illud ē gnotis eautos: quod in latinum versum tantum sonat qꝫtum. Co gnosce teipsum: quod de celo p cessisse legitur. vnde Macrobi⁹ li. i. de somno Scipionis. De ce lo inquit descendit gnotis eau⸗tos id est scito teipsum. ¶ Feli cisqꝫ discipuli. In hac pte Bo. quoddam pīo dictum circa sub iectionem discipuli erga magi⸗strum reassumit secūdū qꝫ subie ctio ipsa potissimum ad aptitudinem eius circa magistrum adminiculatur. Et duo facit. nā primo de bitam discipuli erga magistrum subiectionem vberius qꝫ ante commonet. Secundo circa hoc cuidam tacite questioni respondet: ibi Si autem discipulus magistro suo. Et dicit primo. Discretio felicis di⸗scipuli gaudeat subijci id est supponi magistratui id est magistro: qꝫ pro et diligat eum metuendo: et existat id est sit fidelis ei sup. tam verbo qꝫ opere: nec existat ei Albinus id est non insequatur mores atqꝫ violentiam Albini. qui nephando scelere magistro suo vti superius iam explicatum est manus iniecit violentas: scilicet detrahēdo ei sub obtuitu id est aspectu picturate id est ficte dilectionis. et de inde quasi inuehendo contra tales di. quid est ergo nequius id est peius atqꝫ sceleratius huiusmodi detractore? ve interiectio est execrantis vel maledicentis: ve detractori magistratus. inde reuertens ad persuadendum scholaris reuerentialem erga magistrum subiectionem dicit. Scholaris etiam as⸗surgat id est reuerenter magistro suo venienti etiam si fuerint mille cum eo supple in cōsortio: et hoc salutando eum pro loco et tēpore: qꝫ p et scholaris ipse inclinet caput suum in obedientie signum. qꝫ p et assequatur eū scꝫ magistrum: hoc est si iubeat id est mandet: qꝫ pro et sup. scholaris inferat id ē im mitat se mansioni .i. habitationi eius. id ē magistri cohabitādo cū ipso si pōt: vt sit ipse scholaris casti gatus. s. magistri pñtia: nō solū se remordeat .i. castiget atqꝫ mores ꝯprimat: verū pro sed etiā cōfluat .i. accedat ad eum inquirendo sup. de dubijs occurrentibus: et hoc si locus ꝛ tps .i. oportunitas circa hec affuerit. ¶ No. etiā sicuti in superioribus tactū est: ad h⁹ vt magister metuat atqꝫ reuereat dꝫ in se quattuor habere principaliter. primū qꝫ sit scia illustratus. ꝛ hoc est qđ sapientie. xvij. dictū est. Ante

ꝙ loquaris scz docendo disce prius audiēdo. scdm ꝙ sit humilis et benignus. et hoc dicit Grego. in canone. hoc hz. xxvi. di. terciū ꝙ sit innocentia decoratus: qm̄ vt ait Grego. omel. vi. li. ij. Cum vita docentis despicitur: et eius q; doctrina contēnitur. hinc Seneca epl'a. vij. Plus homines oculis ꝙ aurib⁹ credunt. quartum ꝙ sit experientia certificatus: vt scz recte doceat et artificialiter vnū quēq; scd'm cuiuslibet artis exigentiam: et hec omia clarius in principio sexti capituli huius declarabuntur. ¶ Si autem

rendo. Si autem discipulus magistro suo semper vt necessarium est nequeat exhibere presentiam: tum propter mansionis distantiā: tum propter alteri⁹ rei causaz: dicticas semper lateri suo habeat promptiores cedulasue: quibus diligenter imprimat qd' conscientie proprie nouerit intimatum: eiusq; explicite inquirat dubitatum. Cum autē indiscrepans cōueniensq; affuerit connexio cōmensalium annua vel citior secundum propositum cōmorandi voluntas: salis lignorū q; in estate fragmenta: autumnoq; copiaz vindemie: messe trituram: in capricorno congeriem carnium. O ꝙ proficiens est sanitatiq; consentaneū scdm facultatem in vnum componere: ne artocopi mucore antionarius anhelitum infirmet: et vini insipidi acor cordis secreta confundat. Carnium laniste rancor falisq; tritura fetor inclusus intestina corrumpat: lignorumq; defectus membra contrahat: et quod deteri

discipulus. In hac parte Boe. cuidam tacite questioni respondet. et dicit ꝙ si discipul⁹ nequeunt adhibere magistro suo presentiaz impeditus ac retractus: tum propter mansionis distantiam: tum propter causam alterius rei: sicut tamen esset necessariuz scdm pri⁹ dicta. quid agēdum. scholaris ipse sup. si hec facere nequeat habeat semper dicticas: has tabulas: promptiores id est promptas lateri: vel pro vel cedulam. s. papiream vel pecorinam: quibus scz vel dictica vl' cedula imprimat id est scribat diligenter id quod nouerit. i. senserit: intimatum. i. declaratū sup. a magistro vel alio quouis: proprie sue cōscientie. i. intellectui: q; pro et inquirat. i. interroget cum scz magistri habuerit copiam: explicite. i. manifeste dubitatum. ¶ Notanduz dictica est multiforiaris tabula pictorib⁹ apta. Et dicitur a dicto ctas. qd' rhetorū est. vnde quidā. Clerice dicticaz lateri teneas vt amicā. ¶ Cū autem indiscrepans rc. In hac parte secūda prīcipalis partis prīcipalis hui⁹ capl'i. postq; Boe. ostendit quomō scholarib⁹ prouidendum sit sagaciter in his que complexionem coruz respiciunt: nunc vero demōstrat quō prouidendū eisdē sit in his et circa ea que res exteriores personas subsidentes et famulos concernunt. Et duo facit. Nam primo facit qd' dictum est circa res ipsas. scdo circa personas ibi. Lotricum rc. Et dicit O ꝙ id est ꝙtum consentaneum id est congruū atq; proficiens est sanitati. s. scholarium: componere id est coaceruare in vnum ſm facultatem id est diuitias: subaudi suo determinato tempore: videlicz in estate fragmenta salis atq; lignorum: in autūno id est in hoc anni tempore: q; pro et copiam vindemie id est vini: in messe id est tempore messis trituram. i. bladum. In capricorno vero id est in ea parte anni qua sol capricornum ingreditur congeriem id est copiam carnium: et hoc dico cum indiscrepans id est concordans atq; cōueniens: cōnexio id est coniunctis commensalium affuerit annua: vel citior id est breuior voluntas ſm propositum commorandi. Et huius causam subiungens ait. Et predicta ideo ita conquirenda sunt suis temporibus: ne antionarius id est reuenditor infirmet anhelitum sup. scholaris mucore tali lanugine artocopi id est panis: et ne acor id est corruptio insipidi vini confundat secreta cordis. Similiter quoq; ne rancor id est ranciditas carnium laniste id est marcellarij corrumpat: q; pro et defectus lignorum cōtrahat id est gelu constringat membra: et quod est deterius: ne antionarius id est reuenditor incrass

tus est ne assiduis incursib⁹ incrassetur, anxionarius? Magna vero discipuli est commoditas prout facultas suppetit magistratui necessaria exhibere: ne dum eius inhiat executioni rerum venalium indulgeat cōparationi. O q̄ absurdum est magistratus egestas? Lotricum aūt vetularum remotio summopere est appreciāda: earumq; accessus quanto rarior tanto salubrior: ne dum venerit suggerat aliquid inquinatū: vel a mācipio aliquid extrahat permollito. Quoniā mancipiorum raro, invenitur clementia: rariorq; in agone constantia reperitur. Ve seducenti mancipio in quo plenarie confidit dominantis dilectio. Quid est tali fedius et quid tanto scelere gravius? Mundum hospicium: supellex munda et thoral dealbatum: mancipij, prudentia rerum exitus considerans

setur. i. ditetur assiduis incursibus id ē accessibus p rebus necessarijs pticulariter in dies comparandis. Deinde cuidā tacite questioni respōdens dicit. Forte dicis ea que diximꝰ circa puisiones faciendas tam p scholaribus q̄ eorū cōmensalibus rōne etiā cōmoda sunt si magistro impartiātur. Cui respondens ait q̄ exhibere magistratui. i. magistro necessaria. s. quo ad victū corporis put facultas id est copia scholaris suppetit. i. requirit: est magna discipuli cōmoditas. Et ratōem subiungens inquit: et hoc ideo ne dum magister ipse inhiat id est intendit executioni id ē informationi eius scz discipuli: indulgeat. i. vacet comparationi rerū venaliū. ¶ Nota citus. ta. tum. i. brevis velox vel repentinus: vt in Ovidio de arte. Arte cite velo naues remoq; reguntur. Arte levis currus arte regendꝰ amor. Et Horatius in sermonibꝰ Cita cū mors venit aut victoria leta. ¶ Nota inter acorē mucorem nidorē atq; pedorem hoc interest put hoc metro continetur. Mucor panis: acor vini: rācor quoq; carnis. Nidor ab assa fit carne: sz a pede pedor. Itē artocopus panis dicitur cū labore factus: ab artos quod est panis et copos labor. dicit etiā alio significato pistor quasi artifex panis. sic apud Iuvenalē sumitur cum ait. Salua sit artocopi reuerentia. Indulgere et inhiare in antehabitis exposita sunt. ¶ Lotricum autem vetularum. In hac parte Boe. post p̄dicta ostēdit qua manerie scholaribus ipsis in psonis famulantibus prouidēdū sit. Et duo facit. nam primo facit quod dictum est quo ad vetustas lotrices. scdo quo ad famulos subsidiantes: ibi. Hospiciū et c. Et dicit p̄io. Remotio id est elongatio vetulatū lotricum id est pannos lavantiū est appreciāda, summopere: atq; pro et accessus scz earum vetularū quanto est rarior. i. tardior tanto salubrior. Et rationē subdens inquit: quoniam ne dum sup. ipsa venerit suggerat id est latenter in aures scholaris consulat aliquid inquinatum id est pollutum: quo scz animus scolaris a studio verteretur: vel etiam ne ipsa extrahat a mancipio. i. famulo pmollito. i. inclinato verbis vetule scz ex substātia dn̄i. et hoc ideo q̄m clemētia manciporū rara reperitur: sed in agone. i. necessitate in qua amicus pprobatur rarior cōstantia mācipiorū reperitur. Ve interiectio maledicentis est. Ve inq̄ mancipio. i. famulo seducēti. i. decipiēti: quo scz famulo dilectio dn̄antis. i. dn̄i confidit plenarie. et invehendo contra talē dicit. Quid tali fedi⁹. i. detestabilius: q̄m vt. Seneca refert: ipso nihil efficatius ad noscendū dn̄o reperitur: cū sit familiaris inimicus. Quid etiā tanto scelere gravius. q. d. nihil. ¶ Nota agon. is. pugna mortis dicitur. vnde canit In agone triumphali et c. hic autē p necessitate captū est. ¶ Hospiciū mundū. In hac parte Boe. de puisione famulorū subsidentiū exequitur. et duo facit. nam primo facit quod dictum est. scdo contra infidelitatē malorū famulorū invehitur: ibi. Quid mancipio et c. Et dicit primo q̄ hospiciū. i. habitatio mūdū: supellex. i. vtensilia domus munda: thoral. i. lecti cooperimentū dealbatū sꝫp. oīa ista sunt componenda. i. pcuranda atq; disponenda decēti vultu. i. dece... ordine atq; dispositōe prudētia mācipij. i. famuli cōsiderantis exitꝰ. i. fines rerū dominicarū. mācipij dico assistētis. i. intēdentis semper sedulitati id est curie dn̄ice. i. dn̄i. q. d. quecūq; pcuranda atq; disponenda sunt in scholarium macentijs atq;

necessarijs: hec omnia componēda sunt atqʒ procuranda prudentia atqʒ solertia fidelis famuli: non famuli infidelis ac neqꝫ qui facie picturata operas prestat dñis. quē vt subdit in littera, nil crudelius mancipio subtrahente et infideli. ¶ Nō. supellex lis. dr̄ substantia vel facultas et omne instrumentum et ornamentum domus: ꝛ scribitur cū vno p. quē primā syllabam corripit. vnde Hora. Iam dudū splēdet focus ꝛ tibi munda supellex. Itē thoral a thoro dictum est: ꝛ est longa mappa vel quicqd in lecto sternitur.

tis sedulitati dominice semper assistentis: decenti vultu sunt componenda. Quid mancipio subtrahente fedius? Cunctos terreat infelix elimax ab Elimādo dictus: nomen et re contrahens. Qui cum Nicostrati munera suscepisset primo ei vultu seruiuit blādiori omnia ad nutuʒ administrans: fidelisqꝫ per omnia existens fideliorem se promittens: quicquid Nicostrati fidelitas possedit: ipsius commissum est infidelitati. Quid plura: cum nequissimi Elimacis infelix prouidentia cuncta vidisset sibi suppeditari: carnium alimenta piscuimqꝫ fomenta ceterarumqꝫ reruʒ venaliuʒ commertia cuncta in duplo q̄ essent appreciata dominicis auribus intimabat: sicqꝫ totius substātie exhausit incremēta: Nicostratumqꝫ in summā traxit egestatem ꝛ creditorum diuturnam exclama

¶ Quid mancipio. In hac parte Boe. post premissam bonorum famulorum prouissionem: nūc inuehendo contra malos ꝛ q̄tum cauendi sunt prosequitur: ponens tria genera ex his pre ceteris fore fugienda. Et diuiditur in tres partes. sm̄ hec tria famulorum genera. naʒ in prima docet fugiendum seruos latrones. secūdo bilingues ibi. Seruus bilinguis. tertio crudeles: ibi. Seruorum siquidem Prima in duas. nam primo facit quod dictum est. secundo ꝓposita exemplo confirmat: ibi. Cunctos terreat. Et dicit primo q̄ famulus latro atqꝫ fur summopere ab hospitiis remouendus est: quoniam nihil hoc mācipio subtrahente crudelius reperit. quod exemplo Elimacis confirmans subdit: q̄ si exempla petis: infelix elimax ille scholaris infidelis dictus ab elimando id est corrodendo: et hoc dicis contrahens id est accipiens nomen a re: scilicet corrodēdo. hic elimax terreat cunctos sup. dominos: ne sibi similes in famulatum coemant. hic nempe elimax cum recepisset munera: Nicostrati illius sui magistri primo seruiuit ipsi vultu blandiore id ē blando atqꝫ placido: et hoc ministrans id est procurans omnia superius de fideli famulo dicta: ad nutum id est voluntatem supple dominiqꝫ pro et seruiuit dico existens fidelis primo tempore atqꝫ etiā promittens se fideliorem fore in futurum: sed mente subdola. quare quicquid fidelitas nicostrati predicti possedit commissum est subaudi ad disponendum infidelitati ipsius elimacis. sed quid plura cū infelix prouidentia id est astutia atqꝫ caliditas nequissimi Elimacis vidisset cuncta, sibi suppeditari id est gubernanda atqꝫ disponenda committi: ipse elimax infidelitatis seruus intimabat id est insinuabat auribus dominicis id ē ipsi domino: omnia alimenta carnium: et omnia fomenta piscium ceterarumqꝫ rerum venalium cōmercia fore appreciata id est empta plus duplo q̄ essent: qua quidem īfidelitatis rabie tanto insistit vt sic hausit id est in suos vsus cōuertit incrementa totius substantie id est facultatis dominice: qꝫ pro et traxit nicostratum ipsum in summam id est extremā egestatem atqꝫ diuturnam id ē quotidianam exclamationem et infestationem creditorum: qua scilicet exclamatione ꝛ molestatione nihil menti scilicet debitoris imprimitur amarius. ve ergo insanie id est furori creditoris. cum autē i hec omnia incostratus: tum extremam egestatem: atqꝫ creditorum furores incidisset: tandem penuria sua ipsum in cognitionem erroris id est facinoris sui elimacis perduxit: vero pro sed ipse nicostratus conuenit id est in causam vocauit elimacem super errore id est facinore suo: sed tarde. quo id est qua conuentione audita id est percepta: elimax ipse prorupit statim in verba contumeliosa id est iniuriosa: qꝫ ꝓ et sepeliuit. i. infodit mucronē. i. ensem in visceribus dñi; ꝛ q̄ prius obmiserit. i. re

liquerat hinc secum asportauit: atque pro et reliquit corpus ipsum dñicum id est dñi: deuorandū id est lacerandum canibus. Deinde inuehens Boe. contra hunc elimacem dicit. En. i. ecce quantum scelus id ē peccatū impietas detestabilis id ē detestanda proditoris perpetrauit, scz magistrum suum nedū bonis singulis expoliendo: verumetiam contumelijs afficiendo: atque tandem post necem nephariam corpus dilaniandum: auibusque deuorandum relinquendo. ¶ Notandum est quod cōuenire multa significat: que his metris cōmuniter recitātur.

tionem: qua nihil amarius menti imprimitur. ve credītoris insaniei. Maxima vero nicostrati penuria eū in mancipij erroris conditionem perduxit. Tarde vero elimacem super errore suo conuenit: quo audito statim in contumeliosa verba prorupit: dominique in visceribus mucronem sepeliuit: et que prius omiserat secū asportauit: dominicumque corpus canibus reliquit deuorādum. En quantū detestabilis proditoris īpietas scelus pperpetrauit? Seruus bilinguis procul expellatur et ipsius nequitia statim deponatur: licet cō sanguinitatis proximitate coniūctus existat. Seruorum siquidem crudelitate multos vidimus sociorum incurrere iacturā. Creditoribus aūt summa exhibeatur debitoris commendatio: dieique prefixe semper pro

Conuenit olloquitur decet id simul assimilatur. Et igit ad causas vocat cōpellit inestque. Pangit adiuatur et adunat conuenit cuius est. Item mucro cuiuslibet rei acumen est et dicit a macros quod est longum, vnde sepe pro gladio ponitur. Et sunt synonima ensis gladius mucro spata rumphea etc. ¶ Seruus bilinguis. In hac parte Boe. scdm genus improborum seruorum fugiendum fore ostendit: et dicit Seruus bilinguis id est fallax et duplex expellatur procul. Et nequicia id est falacia ipsius serui bilinguis eminente. i. apparente: deponatur statim id est mortuis etiam id ē non obstāte quod existat coniunctus sup. domino proximitate consanguinitatis vel aliorū quecūque vinculo proximitatis. ¶ Notandum quod nulla pestis ad nocendum efficatior est quod seruus nequā atque domino duplex et inimicus. ipse enim nosat cōscientiā dñi: atque secreta familie meditatur: seducit dominū: atque per adulationes impedit ne videat orientem scz ne agnoscat: suadetque occidētis intuitū et opa tenebrarū. ¶ No. bilinguis a bis et linga dr sicut trilinguis, et dr qui duas linguas loquitur et per similitudinē bilingues fallaces et duplices dicūtur: quod aliud in corde aliud in ore hñt. vñ grecista Duplicis ac cordis hō dicitur esse bilinguis. ¶ Seruorum siquidem. In hac parte Boe. tertiū genus seruorum improborū fugiendū fore declarat. et dicit seruus crudelis etiam fugiendus est: qui quidem Boe. vidimus multos sociorum id ē scholarium incurrere iacturam id ē graue dānum: crudelitate id ē malicia horum seruorum crudelium. sunt enim litiū excitatiui atque pacis destructiui. ¶ No. licet iactura proprie nautarū sit: tñ pro quocūque dāno alicui per violentiā illato capi pōt: et sic in pposito capitur est. ¶ Creditoribus autē summa. In hac parte Boe. circa predicta etiam dicenda quoddā de creditoribus scholarium inserit vt ostēdat qua manerie circa hos agendū sit di. Cū necessitas ipsa coegerit vt scholaris ipse a creditoribus res ipsas pro vite sustentaculo mutuo receperit quid agendum: scholaris inquit summopere prospiciat et cōmēdatio summa suis exhibeatur creditoribus: hoc est, vt summope creditoribus suis exhibeat commendatiōque pro et caueat vt fiat solutio id ē soluat debitum prefixe id est statute diei. i. termino pagamenti atque solutionis. scholari enim cui copia id ē fortuna non arriserit sup. in bonis ipsis exterioribus quorū ipsa est dña: pleno cornu. i. abundanter et affluenter: o quod dulcis est translatio, i. prestatio creditorisque pro et exhibitio. i. traditio suffragij. i. adiutorij affinitiū. i. amicorum. ¶ No. circa hoc qd dr: pleno cornu: quod cū Hercules vellet deducere filiā cuiusdā regis qui dicebatur Deianira: fluuius acheolus quē trāsire debebat in diuersas formas se mutauit. Cū aūt vltimo in thauri spēm se transformasset Hercules ipso deiecto vnū sibi cornu abstulit: quod copie id est dee fortune sacrificauit: quo quidem cornu fortuna mortalibus res exteriores impartiret: et hinc tractū est

quod dicitur fortunam pleno arridere cornu 7c. ¶ No. creditor dicitur qui alienam fidem sequitur mu‑tuatam pecuniam numerando. generaliter autẽ dicitur ille qui ex causa quacũq; alienam fidem sequi‑tur. 7 dicitur creditor q̃ credit debitori; debitor vere dicitur, cui creditur. ¶ Prudentis vero scholaris Hec est tertia pars prime partis principalis huius quarti capi. In qua Boe. postq̃ ostendit qualiter scholaribus ipsis sagaciter providendũ sit tam circa ea que scz eius cõplexionem respiciunt: q̃ etiam

posse debiti fiat solutio. Scholari vero cui pleno cor‑nu copia nõ arriserit: o q̃ dulcis est creditoris trans‑latio: affinitũq; suffragij exhibitio. Prudentis etiam scholaris constantia semper aliquo cõsorte gaudeat speciali: cui propriam possit detegere cõscientiã: qui‑q; nubila existẽte fortuna diligenter subveniat: mor‑boq; vrgẽte sedulũ se exhibeat. Et si tetra mortis ca‑ligo affuerit superstites facultates disponat: si vero vinnis euadat ab eo possit sustentari: pasci: deliniri: 7 consolari: cubitum duci: diversis etiam partibus pro‑curari: vigente autẽ valitudine libellis gaudeãt per‑mutatiz: questiũculis certatiz: cõmendabili recorda‑tione gradatiz: castigatõis felicitate cõversiz: diver‑

